

CONSTITVTIONES
ET
DECRETA
EDITA ET PROMVLGATA

In Diœcesana Synodo Sancti Angeli Lombardorum in Ecclesia Cathedrali die 2. Septembris 1651.

Ab Illustriss. & Reuerendiss. D.

FR. IGNATIO
CIANTES ROMANO

Sacr. Theol. Magist. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Ciuitatis prædictæ, & Bisacciarum.



ROMÆ,

Typis Dominici Manelphij. 1652. *Superioru͂ permissu.*

FR. IGNATIVS CIANTES EPISCOPVS.

Vniuerſo Clero Noſtro ſalutem in Domino.

DIVINVS ille Spiritus, qui gentium diuerſitatem in vnitatem Fdei per Viros Apoſtolicos voluit congregari, eoſdem vnico ſono repentè de Cęlo facto, ac vniformiter reſonante, præparandos diſpoſuit, vt ex varijs linguis vnius, eiuſdemque religionis in omnium credentium idem Spiritus fieret, & per tot diſparatas nationes ab illis vnus, idemque Deus glorificaretur. Hæc igitur concors vnitas, quæ in laudando, & benedicendo Deum propria Clericorum eſt, ipſamque vniuerſalem Eccleſiam reddit admirandam, tantò ſtudioſius à nobis ſubſtinenda eſt, quantò populorũ animos ad ſuſcipiendum inſitum Dei verbum, & ſalutarem Euangelij ſementem, potentius diſponit, & præparat efficacius, ſicquè nos Eccleſiæ ſubſidiarios experiatur cooperatores, tùm in Deo per ſacras cęremonias, rituſquè colendo, quàm in populis per noſtra bona opera, rectamquè viuendi formam, componendis. Vnum, quia hęc eſt humanarum rerum conditio, vt quæ ab anteceſſoribus ſanctius ſunt conſtituta, facilius diſſueſcant, niſi deinde Superiorum ſollicitudine in

ſuam priſtinam reſtituantur obſeruantiam.
Ideo vbi prius ad Epiſcopatum, Diuina diſponente clementia, meritis, licet imparibus euecti ſumus, Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſectãtes in hoc omnem ſollicitudinem noſtram ex debito officij, quo fungimur impendimus. Quapropter has Synodales Conſtitutiones poſt ſedulam in viſitatione noſtrarum Diœceſum, attentionem confectas ad maiorem vniuſcuiuſque commoditatem in lucem damus, vt ſic præmanibus habitæ tantò faciliorem obtineant ab omnibus vobis obſeruantiam, quanto in ijs nullum noſtræ ſollicitudinis officium defuiſſe ſtuduimus. Has igitur veluti faſciculum Mirræ diù, noctuque inter vbera veſtra commorari hortamur, quibus cum Dauide participes omnium timentium Dominum, & cuſtodientium mandata eius efficiamini, cum Deus ingentibus benedictionibus afficiat timentes ſe; ſic enim anima, & caró noſtra, ſicut Ceruus ſitiet ad Deum fontem viuum, debitum, & vniformem ei in Eccleſiaſticis ritibus famulatum exhibendo.


IN-

maestro ...

INDEX CAPITVM.

De

De


VONIAM ſpiritualis ædificij fundamentum, & bonorum omnium, atque virtutum principium, & fons eſt fides, ſine qua æternam, incommutabilemque veritatem agnoſcere, Deo placere, & ad promiſſam nobis fęlicitatem peruenire nequaquam poſſumus; ideo ab ea initium ſumentes, eius profeſſionem ad præſcriptum Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionem felic. record. Pij IV. profitebuntur omnes, qui huic Diœceſanæ ſynodo ratione Officij, Dignitatis, aut Beneficij intereſſe debebunt per modum ſubſequentem.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur videlicet.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum conſubſtantialem Patri per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis; Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt; Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas; Et aſcendit in Cœlum ſedet ad dexteram Patris; Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis; Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem. Qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Pro-

phe-

phetas, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi Amen.

Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector.

Item Sacram Scripturam iuxta eius ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum admitto, nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta nouæ Legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pęnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre; & ex his, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis, atque in Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, & realitèr, & ſubſtantialitèr Corpus, & Sanguinem vnà cum Anima, & Diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpe-

cie,

cie, totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi; Constantèr teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari, similitèr, & Sanctos vnà cum Christo regnantes venerandos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmissimè assero, Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco, Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia à Sacris Canonibus, ac œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego paritèr damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc verò Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quàm in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, doceri, & prædicari quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Fidei professionis formam præscriptam, vt supra emittant omnes obtinentes beneficia curam animarum

habentia. Item prouisi de Canonicatibus, seu Dignitatibus in Cathedrali quocumque nomine, vel titulo in manibus nostris, seù nostri Vicarij generalis, & in ipso Canonicorum Capitulo antequam possessionem accipiant, vel infra menses duos post acceptam sub pęnis in Constitutionibus SS. PP. contentis.

Eandem fidei professionem in manibus nostris, siue Vicarij nostri generalis emittere teneantur quicumque publicè, vel priuatè in suis, vel alienis domibus Theologiam, Philosophiam Ius Ciuile, vel Canonicum, aliasque inferiores scientias, & grammaticam cum stipendio, vel gratis docere voluerint sub pœnis in Constitutionibus indictis, & Parochi, qui nàm in suis Parochijs munus docendi obeant, eorum nomina, conditiones, & qualitates ad nos singulis annis deferant, etiam si ipsi Parochi, vel Curati eo munere fungerentur, idque circa tempus vnius mensis.

Concionatores omnes antequàm ad concionis munus accedant eodem modo professionem emittant; quorum profitentium nomina, & cognomina in peculiari libro ab Actuario Episcopalis Curiæ adnotentur, cum subscriptione profitentis.

De Doctrina Christiana. Cap. II.

PArochi, ac cæteri, quibus animarum cura incumbit, vt eorum muneri satisfaciant, omnibus Dominicis diebus in Ecclesijs, opportuno tempore, dato campanæ signo, pueros, aliosque villicos rudes conuocatos Doctrinam Christianam paterna charitate doceant, pueris à puellis separatis; idque si per se non valeant adimplere, ab alijs idoneis ipsis præsentibus docendos curent, conficiantque librum, in quo descripta teneant puerorum, & puellarum nomina, vt faciliter deprehendere possint, qui Doctrinæ Christianæ sunt igna-

ignari, & infra annum ſæpè inquirant; an aliquis intra ſuæ Parochiæ limites Fidei rudimenta addiſcere recuſet; neque ſolum Chriſtianam Doctrinam erudiant, ſed reuerentiam etiam, atque obedientiam, primùm quidem erga Deum, deinde erga parentes, & conſanguineos, & ſuperiores, tàm Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, & erga natu maiores edoceant.

Qui verò iam adulti Doctrinam Chriſtianam ignorant, neque capaces ſunt longioris doctrinæ, ſicut contingit in aliquibus; minoris quidèm ætatis, ſed craſſioris ingenij, qui Symbolum Apoſtolorum memoriæ mandare nequeunt, curent Parochi eos, docere ſaltem Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, vnà cum Myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, finali Iudicio, iuſtorum premijs, & peccatorum ſupplicijs.

Eos verò, qui hæc, propria culpa, ignorant, neque abſoluant in confeſſione, neque ad Sacramenta Eucha. riſtiæ admittant, Matrimonij verò, non de facili, ſed vtantur comminatorijs, vt diſcant.

Conficiant paritèr Curati Librum, in quo notent nomina illorum, qui totam anni partem extra Ciuitatem, & Terras moram trahunt animalium curis inſiſtentes; vt ſemel in menſe ad matrices Eccleſias conueniant, prædictaque ad ſalutem neceſſaria diſcant, & exerceantur in Diuinis præceptis.

De Predicatione Verbi Dei. Cap. III.

APoſtolicum prædicationis munus ad animarum ſalutem à Chriſto Domino Apoſtolis primitus demandatum, & illud exequi non dedignati, non tantùm Sanctiſſimi Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctores, ſed & ipſi Summi Pontifices, vt quadrageſimali tempore tàm

in Cathedralibus, quàm in alijs matricibus Ecclesijs, quantum in nobis est, adimpleatur, Clerici, & omnes in minoribus, & maioribus ordinibus constituti ad conciones conueniant, & absque licentia nostri Vicarij generalis ab illorum aliqua ne vacent; tempore verò Dominici Aduentus in nostris Cathedralibus, sicut hactenus, concio habeatur, vbi autem sic consuetudo non fert, Parochi, prout in reliquis anni temporibus per se ipsos iuxta formam Sacri Concil. Trid. hoc munus exequantur, vt fideles nobis crediti exemplo maiorum præfulgere debentium hac spirituali alimonia frequentius reficiantur.

Concio Passionis Dominicæ, vbi feria quinta in Cœna Domini habetur, post horam Salutationis Angelicę ne protrahatur in sero sub pœna Parochis librarum ceræ sex, & alijs nostro arbitrio, neque ipsi permittant, vt Concionatores, quicumque sint, absque nostra licentia in scriptis, in suis Ecclesijs verbũ Dei proponant.

Nullus Concionator Indulgentias, vel aliquid simile denunciet sine nostrá, vel generalis nostri Vicarij licentia, quamuis alias publicatæ essent, multò minus miracula non probata, fabulas ineptas, reuelationes fictas præcipuè, nec hæreticorum opiniones apud imperitos referant. Fæminæ à Viris tempore concionis perdurante seorsum maneant, & modo meliori, quo potest à Virorum aspectu prohibeantur.

Communitates omnes consuetam eleemosynam, & alia necessaria benignè, & absque repugnantia Concionatoribus præstent, ne ex hoc defectu minus feruentes, aut negligentiores in prædicationis munere exercendo reddantur.

Vt autem quæ de concionibus statuimus, Concionatoribus ipsis innotescant, præcpimus Parochis, alijsque Ecclesiarum Rectoribus, vt quandocumque ad eorum Ecclesias Concionatores ad con-

cionandum accesserint decreta prædicta eis manifestent.

De Hęreticis, & Schismaticis. Cap. IV.

NE pestifera dogmata morbidum aliquid, prauumque Christi fidelibus inferant, sed mentes ipsorum sola veritate catholica impleantur Curati semel in anno publicent excommunicationis pœnam contentam in Bulla Cœnæ contra Hæreticos, & Schismaticos, aut de hæresi suspectos; ideò denunciandi nobis sunt etiam ij, qui tales domi recipiunt, adiuuant, commercium, & conuersationem cum illis habent; qui Sacramentis abutuntur, magicis artibus dediti, sortilegi, malefici, ita paritèr de rebus Diuinis malè sentientes, & loquentes, cibis vetitis temporibus à Iure prohibitis vescentes, libros prohibitos penès se absque licentia retinentes, vel legentes, impedientes modo quocumque siue respectu punitionum, siue carcerationum, siue citationum Ministros Sancti Officij in consimilibus executionibus consilium, vel auxilium præstantes, & qui testes, ne veritatem in materia fidei pandant modo quocumque dissuadent, siuè precibus, aut minis arcent, aut illos iam examinatos quoquomodo offendunt, vel terrent, qui scripturas, & processus materiam Fidei continentes occultant, aut surantur, quorum perditissimorum hominum genera, Curati districtè suos Populos monere debent, vt infra decem dies habitæ notitiæ denuncient sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrenda, cum Fideles censendi non sint, dum tantum malum in Ecclesia Dei manere patiuntur nomina verò denunciantium nunquam publicabuntur; & monitio prædicta fiat saltem in Quadragesima, & Aduentu, ac pro faciliori imperitorum intelligentia vernacula linpronuncietur.

De Libris prohibitis. Cap. V.

QVi Libros à Decretis Sacræ Congregationis, & in Indice Romano prohibitos, legere, aut apud ſe retinere pręſumpſerit, pęnas in illis contentas incurrit.

Circumferentes Libros, Orationes, & Pronoſtica per loca noſtræ Diœceſis, aut in Nundinis venalia exponentes ea non vendant, niſi Indice illorum confecto, & noſtra, vel noſtri Vicarij ſubſcriptione munito, ſub pęna amiſſionis Librorum.

Libros cuiuſcumque Defuncti per Indicem deſcriptos hæredes infra menſem poſt obitum nobis tradant, neque ſine noſtra licentia illos diſtrahant.

Præter Litanias communes Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum, & antiphonas conſuetas in Eccleſia approbatas aliæ recitari non poſſunt ſub pœna in SS. PP. decretis contenta.

De Magiſtris Diſciplinarum. Cap. VI.

PVblicè, aut priuatè in noſtris Diœceſibus docendi muneri incumbere nolentes, niſi prius fuerit cognitum de vita illorum, alijſque adhibitis requiſitis, & à nobis in ſcriptis obtinuerint facultatem gratis largiendam, huiuſmodi miniſterium non aggrediantur ſub pœna noſtro arbitrio infligenda; Schola ſit in patenti loco, & in ea adſit ſacra aliqua Imago, vt pueri tam in exordio ſtudiorum, quàm in illis terminandis ad illam flexis genibus aliquas preces recitent ad lumen veritatis obtinendum.

Moneant Magiſtri pueros eorum diſciplinę traditos, vt ſemel ſaltem in menſe ſua confiteãtur peccata, & nedũ Feſtis diebus ad Miſſas audiendas compellant, verum etiam in ferialibus, ſi commodè fieri poteſt.

Do-

Doctrinam Christianam semel saltem in hebdomada edoceant libris turpia tractantibus ad legendum vti, ne permittant, sed illos, qui Dei mandata indicant, proponant, & in hoc Parochi, & Vicarij foranei inuigilent, an omnia à Magistris accuratè agãtur, & ad nos deferãt.

De Sanctorum Reliquijs. Cap. VII.

SAnctorum Reliquiæ omnes simul, si tutus locus erit, & decens conseruentur, nominaque eorum in tabella appensa sint descripta, quæ pariter contineat Antiphonas, & Orationes illis conuenientes, sin autem custodiantur in Sacristia eadem vigilantia, obseruantia, & honore duabus clauibus inclusa, tegantur velis sericis, & illorum inscriptiones conseruentur illæsæ. Certæ ab incertis discriminentur, antiquæ attamen eadem veneratione habeantur, nec nouas, nisi à nobis agnitas, ac debita diligentia adhibita, approbatas, aliquis proponat.

Sine nostra licentia alicui priuatim nullo modo ostẽdantur, neque laicis illas pertractandas permittant.

In Festis eorundem Sanctorum, vel ipsius Ecclesiæ, aut alicuius solemnitatis quando Populo ostẽdi debeant, solemnitèr exponantur, conueniente maiori parte Ecclesiæ Ministrorum, Hymnos, & Psalmos decantantium, & cum luminibus, idemque cũ reconduntur fiat.

Ecclesiarum Rectores cuiuscumque Dignitatis Reliquiarum partem aliquam nulli concedant sub excommunicationis pęna, ipso facto, incurrenda ex constitutione Gregor. XIII. Regulares etiam exemptos comprehendente, nec ad alienas Ecclesias absque nostra licentia deferantur.

Instrumentorum exemplaria, & litterarum vnde translatæ tutò asseruentur in Archiuio Cathedralis, ac insuper conficiatur liber, ibiquè reponendus omniũ

Reliquiarum Ecclesiarum existentiũm in Ecclesijs Ciuitatis, & Dioecesis.

Imagines Sanctorum in Ecclesijs publicè collocandæ ritu solemni benedicantur, & Parochi Populum crebrò moneant, vt domi eas retineant, vt precibus intercessione eorum, quos repræsentant spiritualia, & temporalia beneficia impetrare possint.

De Festorum dierum cultu. Cap. VIII.

SOlemnitates Festorum ad Dei, Sanctorumque laudes celebrandas, & ad eorum actiones imitandas institutas quilibet venerari curet; vnde Parochi in Festo omnium Sanctorum, sermone vulgari pronuncient Constitutionem Sanct. mem. Pij V. quam de eisdem edidit, cuius pœnas nos innouantes contra transgressores, singulis Dominicis diebus denuncient dies Festos futuros in hebdomada incipientes à media nocte antecedente ad mediam sequentem, indulgentias, orationes, processiones, & ieiunia, vt fideles, nedum ab operibus seruilibus, verùm etiam à peccatis Diuinam iram excitantes, abstineant.

Parochi similitèr eisdem diebus Festiuis illos salutaribus verbis nutriant, misteria Fidei proponendo, & narrando vitam alicuius Sancti, vel gestum aliquod ipsius ex probato authore, nec non vulgari sermone; quique ex illis munus huiusmodi prędicationis exercere nesciat, de Doctrinæ christianæ libro à nobis illis tradendo, vt melius sibi videbitur, Populo satisfaciat, cùm Festi dies, non ad ociandum, sed ad Deum, Sanctosque colendos, & laudandos, atque ad benè operandum sint instituti.

Sicut Iudiciale forum, lites, & iurgia quiescere, executiones personales, reales ciuiles causas tangentes, solutiones Fiscales, aut Curiales à Sacris Canonibus fieri prohi-

prohibentur, ita & nos fieri prohibemus, cum populum abducant ab ipſo Miſſæ Sacrificio, & dierum horum cultu.

Inuigilent Parochi, vt Virgines, & Viduæ diebus prædictis miſſam audiant, & ſi abuſus aliquis in hoc, in præiudicium animarum irrepſerit, omninò tollatur.

Ludos prohibitos, Repræſentationes prophanas, & id genus alia, quæ ſcandalum fidelibus afferre poſſunt, nullus repræſentet ſub pœnis noſtro arbitrio.

Graues Repræſentationes in locis ſacris non fiant, niſi prius à noſtra Epiſcopali Curia approbatæ, & de noſtra licentia.

Artificum Officinæ ſint clauſæ omninò, & quæ neceſſaria ad victum venditant, publicè nil ſit expoſitum, ſed tantùm aperta porticu'a id agant; violatores verò huius præcepti mulctabuntur.

Tempore Quadrageſimæ, Aduentus Domini, & Vigiliarum in tanti miſterij memoriam publicè, aut priuatim nemo ludos exerceat, & qui præſcriptis temporibus talis vitij corruptela Deum ad iracundiam magis irritari non aduertit, præter Diuinam vltionem, pro qualibet vice, noſtras experietur pœnas.

In caſibus à Iure permiſſis quodcumque opus ſeruile aliquod exercere alicui permittitur, ſemper eſt petenda facultas gratis concedenda, non ab alio, quàm a noſtro Vicario generali, vel à quibus à nobis commiſſum fuerit, non niſi perſolutis Diuinis officijs, quæ quidem facultas, ſi leuitèr, vel alicuius rogatu, aut amicitia, donis, & cauſa alia conſimili ab illis concedatur, ex præcepto Sac.Congr. in culpā lethalē ſe incurrere ſciāt.

Ad eorundem Feſtorum obſeruantiam Curſores per territoria diſcurrant, & per ſe ipſos Vicarij foranei inuigilent.

Solemnes autē dies de præcepto cōmunes omni Populo Chriſtiano sūt infraſcripti ex decreto Vrbani VIII.

Mense Ianuarij.

1. *Circumcisio Domini.*
6. *Epiphania Domini.*

Februarij.

2. *Purificatio Beatæ M. V.*
24. *S. Matthiæ Apostoli.*

Martij.

19. *S. Ioseph Confessoris.*
25. *Annunciatio B. M. Virg.*

Maij.

1. *SS. Philippi, & Iacobi Ap.*
3. *Inuentio Sanctæ Crucis.*

Iunij.

24. *Natiuitas S. Ioãnis Bap.*
29. *SS. Petri, & Pauli Apost.*

Iulij.

25. *S. Iacobi Apostoli.*
26. *S. Annæ Matris B. Virg.*

Augusti.

4. *S. Dominici Confessoris Patroni huius Regni.*
10. *S. Laurentij Mart.*
15. *Assumptio B. M. Virg.*
24. *Bartholomæi Apostoli.*

Septembris.

2. *S. Antonini Mart.*
8. *Natiuitas B. M. Virg.*
21. *Matthæi Apostoli.*
29. *Dedic. S. Michaelis Arch.*

Octobris.

28. *SS. Simonis, & Iudæ Ap.*

Nouembris.

1. *Festum omnium Sanctorũ*
30. *S. Andreæ Apostoli.*

Decembris.

21. *S. Thomæ Apostoli.*
25. *Natiuitas Domini.*
26. *S. Stephani Protomart.*
27. *S. Ioannis Apost. & Euãg.*
28. *SS. Innocentium Mart.*
31. *S. Siluestri Papæ, & Conf.*

Festa Mobilia.

Dominicæ totius anni.
Resurrectio Domini cum duobus sequentibus.
Ascensionis Domini solemnitas.
Pentecostes cum duobus sequentibus.
Solemnitas Corporis Christi.

Pœnæ

Pœnæ ex violatione Festorum applicentur locis pijs arbitrio Nostro.

Ieiunia verò seruanda sunt infrascriptis diebus.

Diebus Quadragesimæ Dominicis exceptis.
Quatuor anni Temporibus.
Vigilia S. Matthiæ Apostoli.
Vigilia Pentecostes.
Vigilia S. Ioannis Baptistæ.
Vigilia SS. Petri, & Pauli.
Vigilia S. Iacobi Apostoli.
Vigilia S. Laurentij.
Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.
Vigilia S. Bartholomæi Apostoli.
Vigilia S. Antonini ex deuotione.
Vigilia Natiuitatis Beatæ Mariæ Virg. ex deuotione.
Vigilia S. Matthæi Apostoli.
Vigilia SS. Simonis, & Iudæ Apostolorum.
Vigilia omnium Sanctorum.
Vigilia S. Andreæ Apostoli.
Vigilia S. Thomæ Apostoli.
Vigilia Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi.

De Quadragesimæ, seu ieiuniorum obseruatione.
Cap. IX.

IEiunium indictum à Domino salutaritèr ab Ecclesia institutum, & à Parochis præceptiuum denunciandum ab omnibus est obseruandum, præcipuè Quadragesimali tempore, nisi aliquem excusent ætas, ægritudo, qualitas ciborum, & impedimenta similia à Medico, & Curato approbata, nec sine nostra, vel nostri Vicarij generalis licentia, quæ dicto tempore ad plures dies, quam morbi grauitas exigat, non concedatur, eo-

que persistente bis saltem renouetur, videlicet ab initio ad mediam, à media ad finem.

Medicos districtè monemus huiusmodi fides ad dispensationem obtinendam non passim subscribere.

Temporibus ieiunij, vetiti cibi non vendantur, sed priuatim, qui tantùm pro necessitate infirmorum commodè sufficere possunt.

Parochialibus in Ecclesijs competenti hora sonitu campanæ congruum meridiei tempus demonstretur, vt ad præscriptam ab Ecclesia formam vnica fiat comestio, & ne fideles intempestiuè accelerando meridiem, quod non sine peccato fieri potest, decipiantur.

Qui verò ætatis imbecillitate, aut alia quauis ratione facultate obtenta ab obseruantia ieiunij excusabitur ad vitandum scandalum, secretò carnes præparet, & comedat.

De Beneficiorum oneribus. Cap. X.

RECtores omnium Ecclesiarum, & Beneficiati curent, ne quid indignum, aut indecens in Ecclesijs, aut Altaribus earum appareat, & omne indecorum omninò remoueant, ne splendor domus Dei, quam decet sanctitudo obstruatur; ideo si in Ecclesia quis reponeret, aut conseruaret frumenta, ordea, ligumina, aut alia huiusmodi, pœna ad nostrum arbitrium, plectetur.

Necessarinm Missæ Sacrificio non desit, & temporibus præfixis in qualibet Capella, & Altari oneribus satisfiat. Vbi autem obligatio, aut consuetudo laudabilis nulla erit saltem die Festo Sancti titularis cultus exhibeatur, qui verò per plures annos in hoc detestabili languore perseuerauerit, pœnam priuationis fructuũ, & alias grauiores experietur.

Beneficiati, & Rectores prædicti, sicut, & cæteri in

sacris constituti confici curent inuentaria bonorum omnium stabilium, mobilium, censuum iurium, & actionum eorum Beneficiorum, & patrimoniorum, & illa nobis tradere teneantur, ex quibus perficiatur liber à nostro Cancellario in Archiuio asseruandus sub pœna priuationis fructuum vnius anni, & alijs nostro arbitrio, manifestando pariter, an aliqua bona suæ Ecclesiæ, vel sui Beneficij apud aliquos sub quouis prætextu retineri sciant sub pœna exrommunicttionis; tale autem Inuentarium semper paratum habeant apud se, & in qualibet visitatione nobis ostendere teneantur.

De Foro Iudiciali. Cap. XI.

CVm Ministri, præsertim Ecclesiastici sint cultores Iustitiæ, æquè, & amatores misericordiæ, non lucra propria, sed Christi pauperum alimonia indagantes; Ideo miserabilium personarum causæ, sola veritate perspecta, Iudicij figura remota, à Generali nostro Vicario dirimantur, & nè potentia aduersariorum presatæ personæ opprimantur, de opportuna etiam defensione per nostros Vicarios prouideatur.

Causæ parui momenti modo quocumque, præterquam ex causa solutionis canonis summariè itidem terminentur, feriali etiam tempore iusta de causa, siue ad pacem concludendam, vel periculum animarum vitandum pertractentur.

Actorum omnium conficiatur liber perpetuò in Archiuio asseruandus.

Cancellarius, siue Actuarius nostræ Episcopalis Curiæ in ipso Officij exordio iuramentum sui muneris fideliter exercendi coram nobis præstet hoc modo. *Ego N. Actuarij Officium, quod suscepi, promitto, spondeo, ac iuro me fidelitèr, & sincerè quantum in me est executurum, sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euãgelia;*

confi-

conficiatque libros in ipsa Synodo expressos de Fidei professionibus, de ordinandis, de Beneficiorum collationibus, & Iurispatronatorum, de causis ciuilibus, criminalibus, & de alijs, ac semper scripturæ efformatæ sint cum numero, die, mense, & anno per extensum, sicque conficiantur, & non aliter.

Obligationes pariter describantur in nostra Curia in libro, non in folijs volantibus in præsentia ad minus duorum testium cum subscriptionibus eorum.

Nostræ Curiæ Ministri à litigantibus, seu in ea modo quocumque agentibus vltra in tariffa eiusdem Curiæ taxatam mercedem nihil directè, vel indirectè petant, aut recipiant sub pœna duplici exacti, soluti, aut petiti, & alijs nostro arbitrio, & vt taxa prædicta ab omnibus commodè conspici possit appendatur in Cancellaria, & publicè semper exposita remaneat.

Acta omnia, siue iudicialia, siue extraiudicialia quacumque de causa in nostra Curia emanata, quolibet anno, in Archiuio reponantur secundum proprium illorum ordinem, vt facilè, ac distinctè omnia reperiri possint, scripturæ forenses causarum vertentium accuratè conseruentur, & cum acta accomodantur cautè consignentur, omniumque scripturarum perficiatur inuentarium manu publici Notarij intra spatium vnius mẽsis Monitoria ad finem reuelationis à nostra Curia non concedantur, si interesse est infra decem ducatos, re tamen diligenter examinata.

Cursores, siue Custodes carcerum nostræ Curiæ, curent, vt carceratis Ecclesiastica Sacramenta opportuno tempore ministrentur, sic, & ea, quæ ad victum, & vitam necessaria sunt, necnon quod à Tribunalibus sæcularibus, vt idem fiat, hortamur.

De

INcuriosa custodia scripturarum, iuriumque Mensæ Episcopalis, & Ecclesiarum, quæ detrimenta secum trahat sensim experimur. Idcircò Archiuij Custos per inuentarium cuncta recipiat, eaque successori simul cũ alijs scripturis tempore sui officij, confectis, illo deposito, distinctè consignet eiusdem Archiuij custodi; Scripturas cuiquam ex Archiuio Ecclesiæ asportandas, tradere, nefas sit, quamuis pignus deponat, aut illarum fidem scripto exhibeat; sed si necessitas contingat extrahendi scripturam aliquam, sine nostra licentia in scriptis, non fiat, custode, & testibus præsentibus, quod Archiuium sit sub duplici claue, quarum vnam retineat custos, alteram prima Dignitas in Cathedrali, & si aperiendum erit custodes semper assistant, in quo eorum conscientias aggrauamus.

Archiuium vbi institutum non est, infra quattuor menses statuatur, in quo etiam inuentaria aliarum Ecclesiarum Beneficiorum, & Piorum locorum eiusdem terræ, & patrimoniorum Clericorum reponantur; item libri Parochiales ad animarum curã pertinentes, & de quibus Curatis apud se retinendi, nulla est necessitas.

Detentores, & vsurpatores scripturarum, & instrumentorum prædictorum ex Sacri Concil. Trident. decreto in excommunicationis sententiam se nouerint incurrisse; scientes verò detineri ab alijs, nisi illos denunciauerint, præmissa canonica admonitione, etiam excommunicationi subijciantur.

Consanguinei Clericorum, qui è vita decesserint, seu quilibet alius cuiusuis status, & conditionis, si publicas, aut priuatas scripturas ad Ecclesias pertinentes, quæcumque illæ sint, debeant infra mensem illas nobis consignare, quod decretum Parochi publicent Populo Dominica in Quadragesima.

Eccle-

Ecclesię, quæ loca tuta ad conseruationem scripturarum habere nequeunt, inuentaria originalia iam confecta, aut alias scripturas, si habent, ad Archiuium Episcopalis Curiæ, relictis sibi authenticis copijs, aut saltem easdem authenticas copias, transferant, ne Iura, aut Ecclesiarum Priuilegia, temporis cursu, negligentia, pereant, vitientur, vel mutilentur.

Episcopo defuncto, electus Vicarius Capitularis, statim vnà cum duobus Canonicis eligendis ab eodem Vicario omnes scripturas in Episcopali Archiuio repertas Cancellario per inuentarium consignet, apud Canonicos vna retineatur clauis cum inuentario, Sede vacante, conseruanda vsque ad noui Episcopi aduentum, ne interim scripturæ, siue Iura depereant, altera verò apud Cancellarium.

De Vicario Generali, alijsque Foraneis.
Cap. XIII.

QVi vices nostras in Ciuitate, & Diœcesi substinēt, nil ante oculos habeant, quam subditorum negotium, omnem operam, & diligentiam impendentes in illis custodiendis iudicantes iudicij veritatem; Generalis proinde noster Vicarius sicut iam olim ius dicere, ita & in antea dicat, & pro tribunali sedeat; munera, quæ etiam prudentes excecant ab ijs, quibus causam quamlibet coram eo habere contigerit, ne accipiat.

Pro collationibus institutionibus, seu Beneficiorum prouisionibus sub pœnis contra simoniacos statutis, nihil recipiant, semel in mense visitet Archiuium, & in eo inuigilet, vt omnia, quæ obseruari decreuimus executioni demandentur.

Vicarij Foranei, antequam officium aggrediantur iurent in manibus nostris ad præscriptam formam, vt Actuarij, ac similitèr fiat à Vicario Generali in sui muneris

neris susceptione. Si quis ex illis ob amicitiam, turpẽ questum, vel respectum quemcumque ad querelam non procederet, aut processum non compilaret spatio dierũ quatuor, & postmodum statim ad Curiam nostram Episcopalem non transmitteret, pœnam suspensionis à Diuinis, & priuationis officij incurret.

Insuper omni diligentia procurent, vt quæ sancita sunt præcipuè in Constitutionibus Synodalibus ab omnibus incorruptè obseruentur; Inquirant an Parochi decentèr proprium munus exerceant. Clericorum disciplinam promoueant; inuigilent an aliqui in concubinatu, vsuris, vel alio publico scelere persistant, & omnia nobis deferant.

De Parochis, & eorum officio. Cap. XIV.

CVm animarũ cura sit onus Angelicis hũmeris formidandum, & Parochi in tanto munere ministri sint ipsius Dei, ideo ei satisfacere de creditis sibi memores esse debent, laborum perpessionibus non parcendo, ac propterea doceant in primis Populum amorem Dei præcipuè, & proximi.

Diebus Festis prædicatione Diuini verbi continuo fideles pascant, & erudiant hortando, vt bona opera sectentur, peccata deuitent, & ea, quibus annexa excommunicationis est pœna, sæpènumero ad subditorum memoriam repetant, Quadragesimæ præsertim tempore, vt paratiores ad sumendam sanctissimam Eucharistiam in Paschali celebratione reddantur, & Parochi, ac Confessarij tempore prædicto, quam sæpissimè poterunt ad confessiones audiendas in suis Eclesijs se paratos exhibeant.

Denũcient dies Festos in hebdomada, ieiunia, & alia, ad quæ tenentur; quisq; habeat penès se Cathechismũ, & Rituale Romanum, atque per se suum munus exerceat.

Eos districtè in Domino monemus, vt ægrotos etiam non accersiti sponte inuisant, & ad suscipienda Sacramenta excitent, illosque in extremis constitutos ne derelinquant, & si rationabiliter fuerint præpediti, per alium Sacerdotem cum nostra licentia id munus præstari curent, qui deuotè è vita migrantium animam Deo Creatori suo commendet, alioquin grauissimè a nobis punientur:

Illis autem in extremis constitutis signum campanæ in Cathedrali, seu Matrici dari curent, vt antequam mortem obeant omnes pro eis preces ad Deum effundant, vbi est talis laudabilis consuetudo.

Caueant, ne culpa ipsorum quis absque Sacramentis decedat sub pœna suspensionis ab officio, & Beneficio, alijsque nostro arbitrio, quod si euenerit statim Vicario nostro Generali, vel Foraneo teneantur denunciare, cui summæ erit curæ, vocatis sibi melius visis, perquirere an culpa Parochi id acciderit, & nobis rem totam indicere.

Inuigilent præcipuè, ne abusus circa res diuinas introducantur, & qui sunt omninò euellant:

Qualibet Dominica die cum alijs Sacerdotibus, & in sacris constitutis circumferentias casuum conscientiæ habeant, & si legitimè non impediti defecerint nostro arbitrio punientur.

Fontis Baptismalis, & aliorum Sacramentorum claues apud se ipsos tantum custodiant, & nulli credant sub pœna librarum ceræ decem Ecclesiæ applicandæ.

Distinctos habeant libros Baptizatorum, confirmatorum, Matrimoniorum, Defunctorum publicè proclamatorum ad Sacros Ordines, & status animarum, qui intus Sacristiæ Archiuium custodiantur, & in aliquo eiusdem Sacristiæ loco conspicuo affigatur Bulla cenæ, vt ab omnibus faciliter videri, ac legi possit:

Moneantur mulieres pregnantes vt Diuina Euchari-

stia

ſtia ſe muniant dum in nono menſe eſt illis tempus pariendi conſtitutum, cùm in non paruo periculo verſentur; & puerperæ ad Eccleſias cùm primùm domo egreſſæ fuerint ſe conferant ad Deo gratias agendas, & à Parocho benedictionem recipiendam.

Altaria Eccleſiarum ſi fortè extra viſitationem ornamentis neceſſarijs deſtituantur, inſtent Parochi, vt ea à Fundatoribus decenter ornentur, & ſi intra menſem id non præſtiterint ad nos deferant ad finem illa, vel alijs concedendi, vel deſtruendi.

Abſque noſtra licentia ipſi non exorcizent, neque alios etiam Regulares in eorum Parochia exorcizare permittant ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto, nec, facultate obtenta in ſcriptis, alibi, quàm in Eccleſia; & coram honeſtis viris tale munus exerceatur, in quo Vicarij Foranei ſub eadem pœna inuigilabunt.

Indulgentias abſque noſtra licentia in ſcriptis non publicent, neque ſine eadem licentia admittantur queſtores, ita nec permittant, vt illi concionentur, imagines, medallias, aut amuleta diſtribuant, nec ſua priuilegia, nec reliquias oſtentent, nec campanulam pulsēt ſub quouis prætextu, & ſi quis contrafecerit, colligendi eleemoſynas facultatem, ei interdicant, ac rem per litteras ad nos deferant.

Eccleſia Parochiali vacante, Sacerdotes illius hortētur omnes, vt precibus à Deo bonum Rectorem impetrent, qui omnia ad animarum ſalutem neceſſaria valeat exercere.

Mandamus demum, vt perſæpè moneant Parentes, & Dominos, vt familiam ſub ipſis conſtitutam ad Miſſam audiendam in diebus Feſtis conuenire faciant, vt Diuinam vltionem, aliaſque pœnas effugiant.

Ac inſuper omnibus diebus Dominicis, & ſæpè in hebdomada ritu ſolemni, alba, & ſtola induti, aquam ſale aſperſam benedicant, vel per alium Sacerdotem id

agere curent, veterem effundant in Sacrarium, & illa benedicta ante celebrationem Missæ, Populum, & Altare aspergant, doceantque hanc aquam benedictam in priuatis etiam domibus ad effugandas diabolicas potestates retinendam esse; & ab ipsis in Sabbatho Sancto cum fidelibus domus eadem aqua benedicta de more lustrantur, aspergatur, aut saltèm ab aliquo Sacerdote ab ipsis deputando.

De Sacramentis in genere. Cap. XV.

SAcramentorum Ministri, quoniam in illa sacra functione non suam, sed Christi personam gerunt, ideo ministraturi, animam ab omni sorde mortalis culpæ per confessionem, vel in casu inopiæ Confessarij, aut necessitatis per contritionem mundare studeant.

In Sacramentorum administratione, actualem, vel saltem virtualem, ac firmam habeant intentionem faciendi id quod præstat Ecclesia.

Parochi singulis annis in solemnitate Paschali per se ipsos, vel legitimè impediti per alios Sacerdotes à nostra Cathedrali petant olea Sacra, neque differant post illius celebrationem sub pœna librarum decem; qui ea acceperit propria manu se in libro subscribat, & pro qua Ecclesia deseruire debeant adnotetur. Vascula ad illa deferenda, sint in capsula benè disposita. Vetera incendio dentur, cineresque in Sacrarium mittantur sub pœna in Sacr. Can. contenta.

Sanctissimum verò Altaris Sacramentum octauo die ad minus renouetur, loca quibus custodiuntur decentèr ornata, ac diligentèr sint clausa; claues autem sint penès illos tantum. Ad maiorem Sacramentorum venerationem, & solemnitatem ritus, & ceremonias omnes, quas docet, & seruat Romana Ecclesia, vt in Rituali Romano teneant, ac strictè obseruent, eorumque for-

mæ

Tuo Patre h comprati ma... Libri

mæ diſtrictè pronuncientur, & Parochi, antequam à Fidelibus ſuſcipiantur, eorum virtutem, & effectum proponant, & explicent, vt eo maiori affectu fideles illa recipiant.

Olea ſacra in illorum adminiſtratione gratis omninò largiantur, & Curati, ac Sacerdotes, quibus hæc ſpecialis facultas in Sacramentorum adminiſtratione conceſſa fuerit, vtantur ornamentis, & veſtibus nitidis, & integris, & ab omni ſimoniæ, & auaritiæ labe alieni ſint, nec quauis ratione directè, vel indirectè aliquid petant, vel exigant, nec aliquid vltrà ſpōtè pro eleemoſina oblatum, non alio titulo, quam adminiſtrationis, ſub pęna ſuſpenſionis accipiant.

Ad alicuius Sacramenti participationem nullus admittatur, & præcipuè Euchariſtiæ, nec ad leuandum alios à Fonte Baptiſmatis, aut à Confirmatione, niſi ſaltem miſteria Doctrinæ chriſtianæ calleat, de quo Parochi Populum ſæpè moneant; & qui Sacramenta recipiunt arma deponant.

De Baptiſmo. Cap. XVI.

ABuſus in huius Sacramenti adminiſtratione Parochi nullo modo permittant, etiam reſpectu compatrum, ſiue commatrum quicumque illi ſint, neque vt Laici Sacrum Oleum, vel aquam Baptiſmalem tangant, aut abluant linteola, quibus infantis caput abſterſum fuit, nec illa huic adminiſtrationi deſtinata ad prophanum vſum conuertant.

Admoneant compatres, & commatres, qui non erũt plures quam vnus, ſiue vir, ſiue fœmina, aut ad ſummum vir, & fœmina de obligatione docendi pueros, præcipuè Chriſtianæ fidei miſteria; Vir ob reuerentiam Sacramenti inermis interueniat, neq; parentes ex Sacr. Can. proprios filios de Sacro Fonte ſuſcipiant.

Pue-

Fides ... Pater ... ... Libri

Pueros de Sacro Fonte leuare Clerico in Sacris constituto, aut Regulari non licet; ita pariter, & commatres habere.

Baptismi Sacramentum circumscripto mortis periculo in Ecclesia; tantum celebretur sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda ad nostrum arbitrium; à ministrãte infantibus non differatur; sed cum primum opportunitas patitur hoc regenerationis lauacro mundentur.

Parochi sæpè obstetrices vulgari sermone de baptismi forma instruant, vt sine errore illa vti possint; Quoties verò in euidenti infantis vitæ periculo non adsit Parochus, vel Sacerdos aliquis in eius remedium, ne ab alijs huiusmodi forma ignoretur, Parochi tribus diebus solemnitatis Paschatis Pentecostes inter missarum solemnia eam publicè populum doceant, vt omnes sciant tale baptizandi munus imminente mortis periculo sibi licere, seruata tamen prærogatiua, & gradu personarum.

Obstetrices antequam à nostro Vicario Generali, vel à Foraneis in Diœcesi sint approbatæ earum ministeriũ non exerceant.

Sanctorum nomina non gentilium infantibus in Baptismo imponantur.

Cum solus Parochus solemnitèr baptizet, nemo sine consensu nostro, aut eiusdem ad baptizandum accedat, diligenterque querat an domi prius fuerit infans baptizatus secundum debitam formam, & si compererit fuisse baptizatum, tantum, cathechismum, preces, & ceremonias omissas adhibeat; Curet insuper Parochus, vt intelligatur omnis cognatio spiritualis, quæ oritur, & inter quos in huius Sacramenti administratione.

[...]cr. Concil. [...]ridēt. sess. 24 [...]2. de refor.

De Confirmatione. Cap. XVII.

SAcramentum Confirmationis ab Apostolis primitùs per impositionem manuum conferebatur, & exinde

de succeſſiuis temporibus ſolis Epiſcopis miniſtrandi facultas eſt reſeruata, cùm verò illud pueris, & puellis erit miniſtrandum, vel tempus inſtabit, Parochi ſicut aliorũ Sacramentorum, ita & huius virtutem, & quæ ad illius ſuſceptionem requiruntur Populum doceant, cognationemque contrahi inter confirmatos, & ſuſceptores, neque vltra decimumquartum annum differri, & nonniſi confeſſos adultos ad illud ſuſcipiendũ admitti. Sacr. Conc. ead. ſeſſ. & c

Nullus vno, eodemque die, niſi vnum, aut duos ad ſummum pueros ad chriſmandum præſentet, qui per Patrinos ante Epiſcopum in brachijs teneantur dexteris, adulti verò, ſeu alij maiores pedem ſuum ſiniſtrum ſupra pedem dexterum Patrini ponant, nec admittantur ad officium prædictum, qui eodem Sacramento non ſunt inſigniti, ac neſciunt rudimenta fidei.

Nomina confirmatorum, & Patrinorum in præcipuo libro adnotentur, vt de ſuſceptione, & ſpirituali cognatione omnino dubium remoueatur.

Patrinus alius debet eſſe ab eo, qui in Baptiſmo fuit, nec maſculus fœminas, nec è conuerſo fœmina præter neceſſitatem, & noſtram diſpenſationem, aut noſtri Vicarij generalis ſuſcipiat; neque Clericis in Sacris, & Regularibus, ſicut in Sacramento Baptiſmi Compatris officium exercere licet. c. non licet. bati de conſecrat. diſt 4.

Frontes verò Confirmatorum poſt vnctionem ſtatim diligentèr per Sacerdotes bombice, vel linteolo abſtergantur, quibus cõbuſtis cineres in Sacrario reponantur.

De Sanctiſſima Eucharistia. Cap. XVIII.

CHriſtus auctor Sanctitatis, verus Deus, & Homo, & ſubſtantialiter in Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento continetur, cumque Eccleſia inter cætera Sacramenta nil habeat dignius, nil apud nos admirabilius nil ſanctius ſit; Ideo quod ad eius ornatum, & tutã

cu ſto-

custodiam requiritur haud vnquam prætermittatur, sed decentissimè conseruetur.

Purificatio, siue ablutio, quæ post susceptam Eucharistiam sumitur in vitreo ciato tradatur.

Parochi in Quadragesima suorum Parochianorum nomina ostiatim diligenter describant, vt agnoscere possint, qui nam illorum præcepto Ecclesiæ paruerint, dum post Paschatis octauam per easdem domos signum siue schedulam ab illis traditam ab eis repetent.

Eorum, qui in Paschate communionem omiserint notulam Parochi ad nos teneantur deferre post Paschatis octauam sub pœna suspensionis, & Dominica in Albis inter Missarum solemnia præscribant omnibus, qui non susceperunt Eucharistiam, vt intra quindecim dies proximos pro primo termino, vel saltem intra alios dies quindecim pro secundo, aut denique intra reliquos alios vsque ad diem Pentecostes pro vltimo, & peremptorio termino Eucharistiam sumant; aliàs notificent eis pœnã à Sacris Canon. constitutam persoluturis, qua interdicitur illis ingressus Ecclesiæ, & Ecclesiastica sepultura, eorumque nomina, & cognomina in Ianua Ecclesiæ publicè figenda esse, & si Parochi in hoc negligentes reperti fuerint, soluent pœnas librarum ceræ viginti, & alias pro qualitate culpæ nostro arbitrio.

Sacerdotes, & Clerici cuiuscumque Dignitatis, & status in Cathedrali Ecclesia feria quinta in Cœna Domini omnes ad solemne Missæ Sacrificium conueniant, in Diœcesi verò in Ecclesia Matrice, & in eis Sanctissimam Eucharistiam suscipiant.

Sæpè suos hortentur Parochi, vt cum Sanctissimum Viaticum ad infirmos defertur ad obsequium Regi Regum exhibendum, eique seruiendum conueniant, ac proinde campanæ signo illos conuocent, vt ea, qua decet reuerentia, & deuotione illos comitentur, & si quis, tunc, equo vehitur, statim desiliat de illo, & donec Sa-

cerdos

cerdos in eius conſpectu erit flexis genibus tamdiù hoc Diuinum Sacramentum adoret, & illud comitari ne grauetur, præcedatque Clericus cotta amictus pulſando campanulam, quo ſigno excitentur omnes ad orandum, neque deſint alij Clerici, qui deferant laternas, cereos, & candelas, & Parochus prius ad ægroti domum Clericum, vel Sacerdotem tranſmittat, qui diligenter curet, vt qua maxima fieri poteſt reuerentia, & honore recipiatur, & proinde menſa parua præparetur in ea ad ſimilitudinem Altaris cum cereis accenſis, vt ſupra illam Sacramentum collocari poſſit.

Conficiantur burſæ ſericæ cum cordulis, vt tutius ad loca longinqua, & per vias incomptas commodè perferatur viaticum; ſimiliter; & altera, vt in ea corporale portari queat ad explicandum illud in domo infirmi.

Tabernaculum ſit claue benè munitum, auro, & pictura, vel alio decenti modo ornatum, nihil aliud in eo aſſeruetur, præter hoc auguſtiſſimum Sacramentũ; ſubſternatur intus corporale, vt ſuper eo Pixides argenteæ deauratæ cuſtodiantur. Ante illud accenſam lampadam perpetuò nutriant ſub pœna librarum ceræ ſex pro qualibet vice.

Diaconis, & Clero communio detur ad Altare, Laicis remotiùs; ſcamna oblonga ſint deſtinata ante Altare cooperta decentibus mappis ad huius ſacræ communionis vſum.

De Miſſæ Sacrificio. Cap. XIX.

Omnia, quæ ad huius Diuini Sacrificij celebrationem neceſſaria ſunt munda, & decenter teneantur, veſtes pariter ſint honeſtæ non vſu attritæ; & pro ratione temporum, colorum congruentium. Corporalia plana nullo artificio in medio elaborata, quæ ab ipſis Sacerdotibus tantum, & Clericis in ſacris purificen-

tur, ablutionesque in Sacrarium immittantur; Vas pro illis abluendis, ad vsum alium non applicetur. Hostiæ sint ex puro tritico, & non nisi à Clericis conficiantur; vinum album, vbi commodè haberi potest, purum non acidum, denique omni veneratione, & religionis cultu hoc Diuinum Sacramentum tractetur.

Nullum erigatur Altare absque nostra licentia, nullusque Sacerdos celebret ante auroram, excepta nocte Natiuitatis Domini, neque post meridiem.

Sacristæ, notam eorum, qui Missas dicere omiserunt cum tenentur, singulis mensibus, nobis, vel nostro Vicario Generali tradant, sub pœna nostro arbitrio; & ideo sit in Sacristia liber Missarum, in quo Sacerdos propria manu Missam, quam ex aliqua obligatione eiusdẽ Ecclesiæ celebrauit, conscribat. Sacerdotes nil prætermittant de ijs, quæ ab Ecclesia vsu recepta sunt in Missarum celebratione, prout in rubricis Missalium præscribuntur, siue de orationibus, aut collectis recitandis, siue de cęremonijs adhibendis, & duo saltem sint lumina cerea in Altari ardentia, cum Missa dicitur iuxta vsitatum Ecclesiæ morem, & cum ad Altare celebraturi accedunt, progrediantur demissis oculis, incessũ non festinato, sed graui, & composito, neque dum sacris vestibus sunt ornati cum vllo de alijs rebus, seu negotijs loquantur, nec per Sacristiam huc, illucque vagentur, sed Diuino operi omnino intenti, & addicti sint.

Clerici, qui Missæ Sacrificio cum cottis deseruire debent omnia in Altari necessaria antea præparent, ne cogantur, Sacerdote relicto in Altari per Ecclesiam cursitare.

Dum in maiori Missa corpus Domini eleuatur, signũ campanæ sono detur, vt etiam absentes supplici mente ad Deum reuertantur, & conuertantur.

Ad primæ Missæ celebrationem, nullus de recenti ordinatus Sacerdos, nisi de cęremonijs à Magistro cęremo-

remoniarum instructus, vel ab alio Sacerdote, nobis viso, approbatus accedat, neque tunc sumptuosa conuiuia disponat, sed quo potest meliori modo ad tantum sacrificium honestas, atque decentes potius, sacras vestes sibi comparet.

Veteris canonis sanctionem, prout in vsu, firmius roborantes statuimus, ad pietatis cultum augendum, ne quo in Altari nos ipsi sacrum fecerimus, eo die Sacerdos aliquis, nisi de nostra licentia, eodem in Altari, ministret. Can. in alta de consecra dist. 2,

Peregrinum, & ignotum Sacerdotem sine nostra licentia Rectores Ecclesiarum, etiam Regulares cuiusuis ordinis ad celebrandum non admittant, neq; vllo modo Vicarij foranei, & Ecclesiarum Præpositi patiantur Sacerdotem publicè, & notoriè delinquentem sacrificium peragere, nisi per pœnitentiam à commissis publicis peccatis se liberauerit.

Supellectilem Ecclesiasticam ad vsus prophanos nemo trasferre audeat sub pęna ducatorum quinque pro qualibet vice.

De Pœnitentia. *Cap.* XX.XX

CVm facilitas in absolutione peccatorum, incentiuum persæpè tribuat delinquendi, & Confessorum imperitia pœnitentes potius ad perditionem, quam ad saluationem perducat, attentè, & accurate Confessarij se gerant, sciant peccata distinguere, pœnitentium ignorantiam supplere, & meminerint præcipuè ex hoc Sacramento pendere in Populo Christiano deprauatorum morum emendationem.

Dum Confessarij huic Sacramento vacant superpellicijs induti, stola superposita, sedendo, & cooperto capite tanquam spirituales Iudices pro tribunali sedentes pœnitentium cuiuscumque status, & conditionis

confessiones audiant, & in aperto Ecclesiæ loco, ac sedibus confessionalibus benè dispositis, extra quas si quis Sacerdos ad hoc Sacramentum ministrandum approbatus confessiones mulierum cuiuscumque qualitatis, & ætatis audierit, eo ipso sit suspensus ab illis audiendis; neque post Solis occasum, vel ante ipsius ortum, vt inde omne tollatur scandalum. Parochi sæpè Populum moneant peccata confiteri, & præcipuè in Quadragesima ad obseruantiam Ecclesiæ præcepti, sub pœna priuationis ab ingressu Ecclesiæ, & Ecclesiasticę sepulturæ.

In Sacristia cuiusuis Ecclesiæ tam sæcularis, quàm regularis appendatur notula confessariorum, qui eo tempore à nobis approbati fuerint, neque sine nostra approbatione in scriptis habenda, confessiones audiant, neque in priuatis domibus absque licentia, quique diligenter pœnitentes admoneant tam de casibus, si fieri contingat Sedi Apostolicæ, quàm nobis reseruatis; & vt Confessarij reddantur instructi de casibus legi solitis in Bulla Cœnæ, summarium illorum breuiter congruum fore duximus explicandum.

Excommunicantur, & anathematizantur.

HAeretici cuiuscumque sectæ, eorumdem fautores, libros legentes, tenentes, aut imprimentes, & Schismatici.

Appellantes à Pontifice ad futurum Concilium, eorumque fautores.

Piratæ, atque eorum receptatores, & fautores.

Qui naufragorum Christianorum cuiuscumq; generis bona, etiam in littoribus inuenta subripuerint.

Imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augētes, vel augeri prohibita, exigentes.

Falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes

à quocumque auctoritatem habente signatas, aut falsò fabricantes litteras Apostolicas.

Deferentes arma, & alia vsui bellico idonea ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos; & ad Reipublicæ Christianæ statum pertinentia ijsdem ad damnum Christianorum nunciantes.

Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam conuehunt.

Qui ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes sua, aut aliorum opera læserint; & qui sine iurisdictione in Curia commorantes vexauerint.

Qui Romipetas, ac Peregrinos, etiam in Vrbe morantes, vel abeuntes læserint.

Qui nocuerint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alijs Prælatis.

Qui per se, vel per alios lædunt recurrentes in suis negotijs ad Romanam Curiam.

Qui appellant à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem.

Quicumque exequutionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum impediunt, & prohibent accedentes ad gratias impetrandas.

Iudices sæculares, qui personas Ecclesiasticas trahũt ad sua tribunalia, quæ Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

Impedientes Prælatos, ne sua iurisdictione vtantur, quique illorum, & Delegatorum iudicia eludentes ad Cancellarias recurrunt, aut contra illos decernunt, præstantque auxilium.

Vsurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcumque Ecclesiarum Iurisdictiones, vel fructus etiã sequestrãtes.

Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesijs, Monasterijs, aut eorum fructibus.

Iudices sæculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas.

Occu-

Occupantes bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ, & in illis supremam iurisdictionem vsurpantes.

In eadem Bulla præterea continentur.

Quod absolutio Summo Pontifici reseruatur.

Quod absoluere præsumentes excommunicantur.

Quod Papæ absolutio non comprehendit eos, qui à præmissis non destiterint.

Quod quicumque audiunt confessiones apud se eandem Bullam habeant.

Casus Nobis reseruati sunt, videlicet.

Blasphemia hæreticalis post tertiam vicem, & quæcumque ex praua consuetudine.

Homicidium voluntarium,& ad id auxilium,vel consilium præstantes,& abortum ex industria procurantes, licet non secuto effectu, aut suffocantes filios.

Depopulatores agrorum, vinearum vastatores, incẽdiarij, vel auxilium, aut consilium ad id tribuentes.

Sacramentorum, vel Sacramentalium abusus ad maleficia, & sortilegia.

Falsum testimonium in Iudicio deponentes etiam ad defensam publici concubinarij, vsurarij, & parentum percussores.

Incestuosi in primo, & secundo consanguinitatis, & affinitatis gradu, & actus sodomitici consumati post pubertatem, & bestialitas.

Sponsi, qui ante matrimonium coram Parocho contractum simul cohabitauerint, vel coierint.

Confessarij verò, concubinarios, & vsurarios, ac similes non absoluant spe futuræ satisfactionis, aut emendationis post primam vicem, dummodò possint satisfacere, & se emendare, sed prius hoc exequantur,& post-

modum

modum ad confeſſionem eos recipiant, ſimiliter abſoluendi non ſunt decimas ſubtrahentes, integrè non ſoluẽtes, aut impedientes, niſi plena reſtitutione ſecuta.

Caueant Confeſſarij ne, dùm loco ſatisfactionis pœnitentibus miſſas celebrandas iniungunt, eas ipſi celebrandas ſuſcipiant, ſed ad alios Sacerdotes mittant, vt omni auaritiæ labe, & ſuſpicione careat huius Sacramenti adminiſtratio; quod de eleemoſina facienda, etiã obſeruetur, & ideo hortamur Confeſſarios omnes, vt ab iſtis pœnitentijs pecuniarijs, quantùm poſſunt, abſtineant.

Sæpè Curati medicis in memoriam reuocent Conſtitutionem Pij V. ex cuius præſcripto habetur quomodo in infirmorum viſitatione ſe gerere debent, illos admonendo, vt prius medicamentum per confeſſionem percipiant.

Fidei rudimenta ignorantes, & præcipuè orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, necnon Myſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ, quæ diſtinctè pro quouis captu credere quilibet tenetur, non abſoluant, ſed curent prius, vt eadem eo modo meliori, quo poſſunt, addiſcant.

De extrema Vnctione. Cap. XXI.

SAcrum oleum infirmorum in loco decenter ornato à Sacris alijs oleis diſtincto conſeruetur.

Miniſtraturi hoc Sacramentum, quo peccatorum reliquiæ expurgantur, formam in Rituali Romano, prorſus, obſeruent.

Bombix, qua vſus eſt Sacerdos in deterſione ægrotantis membrorum reportetur in vaſe, vel alio decenti modo ad Eccleſiam, ibique cremetur, cinereſque illius in Sacrarium reponantur.

De

PRomouendi ad Ordines fidem eorum, quæ præcipiuntur in ordinrndorum institutione afferant; & propterea ante ordinationem Nos, vel nostrum Generalem Vicarium adeant pro commissione inquisitionis eorumdem, titulumque habeant vnde sufficienter viuant, verum, & non simulatum, cautionem præstent de non alienando illo patrimonio non habentes aliunde, vt decenter viuant, quod si aliunde suppetat, neque hoc absque nostra licentia fiat, & cautio prædicta diligenter per nostrum Cancellarium registretur, testimoniales litteræ de vita, & moribus post duorum, vel trium mensium spatium nullæ sint.

Priusquā ad ordines aliquis promoueatur, vel Sacris ordinibus initietur, exquirat à Sacerdote viro docto de impedimentis eorum susceptionem impedientibus, ac diligenter aduertat an in se aliquod illorum reperiatur.

Parochus, promouendos ad sacrum Subdiaconatus ordinem hortetur, vt generalem confessionem omnium peccatorum faciant, & ab aliquo Clerico sacris ordinibus initiato ab eodem Parocho eligendo habeatur, si fieri potest, qualiscumque sermo de munere, & Dignitate sacrorum ordinum tempore Quadragesimæ prius quam ordinatio fiat, cui non solum ordinandi intersit, sed etiam alij omnes iam promoti, vt præstantia huius Sacramenti, illiusque ministerium magis cognoscatur.

Quicumque ordinandus est ex Sacri Concil. Trident. præcepto, certæ alicuius Ecclesiæ seruitio adscribatur, quod etiam in litteris testimonialibus apponatur.

Eadem in Ecclesia, vel eius Sacristia appensa sit tabella; in qua nomina Clericorum, qui ei addicti sunt descripta retineantur, neque ad alios maiores

ordi-

ordines suscipiendos accedant, nisi prius in inferioribus se exercuerint.

De Matrimonio. Cap. XXIII.

SAcrosanctum Matrimonij Sacramentum; vt gratiam conferat, & substantialia bona illi annexa inde sequantur ad dispositionem debitam, requirit in contrahentibus conscientiam à peccatorum labe purificatam: Parochorum ideò in hoc prius erit ante denunciationes exquirere consensum vtriusque, ac interrogare de fidei rudimentis, & si diuersi sint loci denunciationes vtrobique fieri debent diebus festis de praecepto.

Eodem die, quo vltima denunciatio fit, Matrimonium non celebretur sine nostra licentia, quae si impetratur, Parochus in antecedenti denunciatione id etiam denunciet populo, quarum denunciationum, si absque speciali nostro ordine in scriptis aliquam remiserit, ipso facto poenam suspensionis, aliasque ad nostrum arbitrium incurrat.

Si ex rationabili causa à nobis approbanda contingat, Matrimonium priusquam debitae denunciationes fiant celebrari, illae contracto matrimonio ante copulam saltem carnalem publicentur, nisi aliter nobis ex aliqua legitima causa visum fuerit; moneat etiam populum sub excommunicationis vinculo teneri ad reuelanda impedimenta, quibus matrimonium celebrandum impediri potest.

Post factas denunciationes, nulloque impedimento detecto, vt omnis tollatur occasio scandali, & peccati, quae ob nimiam moram à malitiosè impedientibus interijciuntur, Parochus elapsis ad summũ tribus diebus ad matrimonij celebrationem procedet, & non alio tempore, quam de mane; Missam de more Ecclesiae celebran-

lebrando, Sponsos in Matrimonium coniungat, vt vno, eodemque tempore benedictionem sacerdotalem accipiant, & sacra communione se reficiant, quod Parochi enixè obseruari omninò curabunt sub pœna suspensionis ipso facto, alijsque nostro arbitrio; & si aliter attentatum fuerit, Vicarij foranei sub eiusdem pœnis rem nobis deferant, vt hic abusus omninò tollatur.

Impedimenta quæcumque illa sint ex denunciationibus detecta, Parochi referant, neque tunc audeant ad alias denunciationes, aut Matrimonij celebrationem progredi sub pœna suspensionis ipso facto.

Quando Sponsus est alterius Parochiæ, a Sponsæ Parocho Matrimonium celebretur in ipsius Ecclesia, constito prius nobis, vel nostræ Episcopali Curiæ de adimplementis, ac requisitis necessarijs.

Sponsi ad secundas nuptias transeuntes non benedicantur, poterit tantùm benedici Sponsa, si fuerit Virgo, ac diligenter Parochi quicquid in Matrimonio celebrando præcipitur, obseruari curent.

Parocho legitimè impedito, alterum Sacerdotem ad Matrimonium celebrandum mittere poterit, sed in libro Matrimoniorum ipso referente, Parochus mentionem faciat de die, loco, de Sponsorum, & Testium nominibus, ac etiam de Sacerdote substituto, siue Coadiutore, à quo Matrimonium celebratum fuit; causa verò impedimenti non existente legitima, & euidenti, nostras pœnas experietur.

Antequam ritè Matrimoniũ in faciem Ecclesiæ celebratum sit, curent Parochi, ne Sponsi prorsus, ad euitãda scandala, & peccata, cohabitent, alias graui pœna plectentur, & hortentur illos, vt ante Matrimonij consumationem ad pœnitentiam, & Eucharistiæ Sacramenta accedant, vt huius Sacramenti fructus facilè obtinere possint, alias eosdem commoneant se publicè Matrimonium non denunciaturos.

De

De vita, & honestate Clericorum. Cap. XXIV.

CLericorum mores, & actus conditione, & vita à laicis sunt distinguendi, ideo habitum Clericalem nullus gestare præsumat sine nostra licentia, antequam prima tonsura initietur; Clerici verò hunc habitum, & tonsuram, clericalemque disciplinam, non tam verbis, quam operibus profiteantur, & simplicem cultum in religiosæ puritatis sinceritate adhibeant.

Sacerdotes ita detonsam habeant à superiori labro barbam, ne vllo modo impedimentum in sumptione Corporis, & Sanguinis Domini afferat.

Qui clericalem habitum assumptum absque nostra licentia deponere ausus fuerit, soluat pœnam ducatorum decem pijs vsibus applicandorum.

Pileis in Ecclesia non vtantur, nec in processionibus, sed bireto clericali; anulum non adhibeant, nisi ex Dignitatis officio, comas, vel capillos in aliqua parte reliquis longiores, ne gerant, quique deliquerint nostro arbitrio punientur.

Vestes henestas deferant, & talares, rurales verò ad minus vltra genua vnà cum cingulo; Mnaicæ non sint incisæ, & tandem illorum vestimenta, quæcumque illa sint omninò à iactantia, & elatione aliena sint, sed simplicia, neque aliquo indecenti, & inhonesto colore pro Clericis, sint notata, sub pœna librarũ ceræ albæ quinque pijs vsibus, &c.

Dignitates, quibus in earum collatione annulus traditur, illum gestare poterunt, non tamen in Altaris ministerio.

Clerici, cùm illi verè dicantur, & clericalibus priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus gaudere debeant, qui Ecclesię inseruiunt; ideo tàm cœlibes, quàm coniugati cum cottis ad processiones conueniant, Ec-

clesiarum seruitio, quibus sunt adscripti per hebdomadam, vel alio commodiori modo incessanter assistant; in Festis verò, etiam ad Vesperas conueniant cuncti, in Choro, quotidie missam audiant, & qualibet tertia Dominica in Missa solemni de manu Sacerdotis celebrãtis, & etiam in Festis solemnioribus sacram Eucharistiã accipiant, in omnibus morum grauitatem ostendant potissimùm in Ecclesia, cùm per exemplum illorum fideles ad pietatem, & Dei cultum summoperè excitentur; extra Ecclesiam nullus Clericus euagetur, qui verò immodestè per Ecclesiam, aut discurrent, aut in ea rixabunt, carcere, & alijs pœnis mulctabuntur.

Presbyteri, & Clerici superpelliceo, siue alba immunda, vel lacerata vtentes, pro qualibet vice, duabus libris ceræ laboratæ, mulctentur.

Familiaritatem, & cohabitationem mulierum suspectarum prorsus euitent sub pœnis in Sacro Concil. Trident. contentis, sciantque mulieres suspectas censeri omnes præter eas, quarum consuetudo à iure permittitur. Itaque mulieres huiusmodi omninò declinent sub eisdem pœnis, neque ancillas sine nostra licentia domi retineant, de quarum tamen bona fama, & ætate, etiam à fide dignis testibus relatio habeatur.

Clerici, neque choreas ducant, neque laruati incedant sub poena ducatorum decem, Sacerdotibus verò sub pęna ducatorum viginti.

Ab aleis, & alio quocumque ludi genere sacrorũ Canonum decretis prohibito, omninò sese abstineant, neque illis assistant spectatores, aliàs punientur ex eorumdem Canonum dispositionibus, & alijs pęnis nostro arbitrio.

Domus patrimoniales infamibus personis non concedant, neque locent.

A venatione prohibita Clerici sese cohibeant, & a quibuscumq; clericali habitui indecentibus.

Arma

Arma, quæcumque illa ſint, nullo modo deferant, præcipuè in ſacris conſtituti, abſque noſtra licentia in ſcriptis ex vrgenti cauſa concedenda, ſub pœna ducatorum vigintiquinque, ſemper conditione addita, vt noctis tempore, culpa ſit grauior, & pęna duplicetur.

Negotiationibus, & comercijs ſæcularibus lucri cauſa, ne implicentur, & ab huiuſmodi illicitis omninò ſe abſtineant ſub pęnis à Sacris Canonibus conſtitutis.

Laicis ne deſeruiant ſiue in miniſterijs domorum, ſiue in Villarum ſuſceptione, ſiue in alijs, quæ eorundem laicorum ſeruitutis ſpeciem præbent, cum maximè in huiuſmodi negotijs ordinis clericalis Dignitati detrahant, qui verò in prædictis offenderit luet pęnam ducatorum quinque pro qualibet vice, & alias iuxta delicti qualitatem noſtro arbitrio infligendas.

Coram Iudice ſæculari abſque noſtra licentia in ſcriptis, nullus deponat, idque in cauſa ciuili tantùm, & tunc ei iuramentum per Officialem noſtræ Curiæ præbeatur.

Si Clericus ad forum ſæculare conueniatur, illud declinet ſub pęna ducatorum vigintiquinque, & ſuſpenſionis ad arbitrium.

Clerici retineant tantùm apud ſe libros, quorum lectione mores componi poſſunt, vt ſunt, Sacra Biblia, Concilium Tridentinum, Summæ caſuum conſcientiæ, & vitæ Sanctorum.

Præterea quæcumque alia à Sacris Canonibus, & Concilijs, & Apoſtolicis Ordinationibus ad Cericorum vitam, & honeſtatem pertinentia, ſtatuta ſunt, ab ijſdem obſeruari mandamus ſub eiſdem pęnis iniunctis.

De

De Dignitatibus, & Canonicis, & quocumque alio Capitulo. Cap. XXV.

DIgnitates, & Canonici in noſtris Cathedralibus,& alij Presbyteri in Eccleſijs proprijs tum in Choro, tum in proceſſionibus proprium ſui ordinis veſtimentum cuncti propter muneris conditionem deſerant, contrafacientes præſertim Feſtis diebus, vt abſentes habeantur ſub pęnis noſtro arbitrio.

Celebrante Epiſcopo Romani Rituali regulas teneat.

Neceſſitate vrgente conuocandi Capitulum tàm in Cathedrali, quàm in alijs quibuſcumque Diœceſis Eccleſijs Præpoſitorum in illis conſcientiam oneramus; vt in eo negotia modeſtè pertractentur, præmiſſis prę-cibus ante Congregationem recitari ſolitis, eodemque tempore expleto, Deo omnipotenti de more gratiæ agantur; Si quis verò iniurioſa verba, clamoroſa, & petulanter protulerit, præter pęnas à Iure ſtatutas, per annum ab ingreſſu Capituli arceatur.

Cantori, & cęremoniarum Magiſtro in ijs, quæ ad eorum officium pertinet, Canonici pareant omnes ſub pęna librarum ceræ decem pro qualibet inobedientia.

Dignitates, & Canonici teneantur per ſe ipſos Diuina officia obire, necnon miſſas maiores canere illis diebus, quibus tenentur.

De Residentia. Cap. XXVI.

ECcleſiarum ſeruitio adſcripti eiſdem intereſſe debent, propterea, vt ſeruitium prædictum inceſſanter debitum, præſtetur, & ne abſentia eorum; qui intereſſe debent notabiliter Chorum minuat, & vagandi occaſio detur.

Nullus ſiue Clericus, ſiue Sacerdos abſque noſtra licen-

centia in ſcriptis iuxta de cauſa concedenda, extra Diœceſim pernoctare audeat ſub pœnis noſtro arbitrio.

Feſtis diebus omnes ſe miſſæ, alijſque Diuinis officijs in Choro exhibeant, & multo minus abſint Clerici, qui & aſſiſtent ſeruitio Eccleſiæ per hebdomadam.

Curam animarum habentes, ſi abſque licentia à propria Eccleſia receſſerint, etiam ſi idoneum Vicarium, & à nobis approbandum reliquerint; præter culpam, quam incurrunt, ſciant ſe, durante abſentia, ſine alia declaratione non feciſſe fructus ſuos, & illos in pios vſus conuertendos noſtro arbitrio, & pœnas non reſidentium incidiſſe.

Nullus abſens ad præſentiam admittatur colluſione, vel remiſſione quacumque ſub pœna dupli à toto Capitulo perſoluenda, vel à Clero illius Eccleſiæ, cui abſens erit adſcriptus, qui verò corpore infirmi ſunt, vel ob ſeruitium Eccleſiæ à Capitulo, vel Clero probatum ſuerint impediti, vel ex noſtro mandato, aut ex officio confeſſiones audiant, modo prius ſe præſentes in Choro oſtenderint, legitimè excuſentur.

Punctator iuramentum præſtet in manibus noſtris; vel noſtri Vicarij generalis de ſuo munere integrè, diligenterque exercendo, ſi ſecus fecerit, præter periurij pœnam, alias etiam ad noſtrum arbitrium repetemus, vbi autem non erit Punctator, omninò infra octo dies inſtituatur; modus verò punctandi erit redditibus Eccleſiæ accommodatus.

De Horis Canonicis. Cap. XXVII.

AD magis Diuinum cultum augendum, & vt torpentium animi in Dei ſeruitio excitentur; Horæ Canonicæ pro qualitate Feſtorũ, vel canantur, vel legantur, omneſq; opportuno tempore, in Choro recitẽtur, vt Eccleſiæ ſeruitium completè expleatur.

In

In recitando Diuino officio nullus admittatur error, voce concordi psallant omnes, & distinctè cum debita pausa in medio cuiuscumque versiculi; cum opus fuerit singuli eodem tempore assurgant, sedeant, genuflectant, & caput detegant, silentium obseruent, nihil extraneum Diuinis officijs immisceant, non obstrepent, à proprijs sedibus, iuxtà eorum gradum non euagentur, & in illis, composito modo, se habeant, errores solùm à Chori Præfecto, pro sua prudentia, corrigantur.

Maioribus anni solemnitatibus canantur ad minus Te Deum, & Laudes, & omnibus diebus Dominicis saltem Te Deum, & quæ post Capitulum subsequuntur, cæteris autem Festis de præcepto, saltem Te Deum.

In Missis, & Vesperis decantandis consuetus mos Ecclesiæ non omittatur tùm in cantu, tùm in alijs ceremonijs, ideſt cum Pluuialibus, & Ministris, vt de more Festi celebrantur Officium Diuinum iuxtà ordinem Calendarij Romani ab omnibus, siue in publicis, siue in priuatis officijs reciterur, & iuxtà consuetudinem Ecclesiæ Cathedralis commemorationem Tituli Ecclesiæ Cathedralis, faciant.

Ad salutationem Angelicam recitandam, ter signum campanæ detur; in aurora, scilicet, in Meridie, & Vespere.

Crucis vexillum, tam in processionibus, quam exequijs Clericus superpeliceo indutus tantum deferat.

De Exequijs Defunctorum. Cap. XXVIII.

CLerici funus associantes, bini incedant ad psallendum solum pro Defuncti anima intenti.

Mortuorum corpora humi condantur, non in loco subllimiori, & cum sepeliuntur, adsit Parochus, vel aliquis Sacerdos assistens pro eo ad euitandum aliquod inconueniens.

In tumulandis cadaueribus pauperum, Curati ita se habeant, vt nulla vnquam auaritiæ suspicione notētur.

Post diem commemorationis omnium Defunctorum sequenti die à Capitulo Cathedralis solemni ritu, dicatur missa, & nocturnus diei illius pro defunctis Episcopis, & alij Sacerdotes huic officio similiter assistant, & eo die pro illis missas priuatas celebrent.

Infantulorum cadauera, iuxta Congregationis decreta efferantur ad sepulturam à Sacerdote superpelliceo induto, si commodè fieri possit, præcedente Clerico Cruce sine hasta deferente superpelliceo pariter induto, quibus sepulchrum assignetur, in quo adulti non humentur, in ijs sepeliendis saltem minores campanæ in lætitiæ signum pulsentur, flores spargantur, & festiui psalmi recitentur, nam illorum animas ad Beatorum sedes euolasse credimus.

Defunctorum verò cadauera cū vnica tantùm Cruce deferenda sunt, quæ illius debet esse Ecclesiæ, ad quam corpus Defuncti defertur, dummodo Cathedralis Capitulum non interueniat, ex quo tunc sub illius Cruce omnes prosequentes incedere debent.

Si aliquis morte violenta siue repentina è vita migrauit, non debet is statim tumulari, sed post vigintiquattuor horas, similiter qui morbo affectus decesserit, nec aliter fiat sine nostra licentia.

De Sacrosanctis Ecclesijs. Cap. XXIX.

ECclesiæ quæcumque illæ sint, quando ipso aspectu à prætereuntibus minimè dignoscuntur supra illarum portam Imago illius Sancti, cui est dicata deforis pingatur.

Quæ ruinosæ sunt infra terminum sex mensium instaurentur eo modo meliori, quo potest, & si reparari nequeunt, cum sint iam dirutæ ad illarum perpetuam

memoriam Cruce ponatur in medio; In illis nihil prophanum appareat, ac Parochi ad illas construendas magnopere laborent.

Ante illas ludis non vtantur; Ecclesias iam collapsas propria auctoritate prophanare, aut ad alios vsus conuertere nullus audeat sub poena, vt eandem Ecclesiam proprijs sumptibus reficiat, alijsque nostro arbitrio, neque nouas Ecclesias, & Oratoria, siue Capellas quis ædificare præsumat absque nostra facultate in scriptis obtinenda.

In Ecclesia hastas, sclopetas, & alia armorum similium genera nullus inferre audeat; pauimenta illius sint plana, & æqua, neque in illis Crux, vel sacræ Imagines exprimantur. Vas lustralis aquæ in quolibet portæ Ecclesiæ ingressu intus apponatur. Oratoria campestria cancellis muniantur; Altaria non lignea, sed lapidea constructa sint, retineantque ornamenta necessaria.

De Bonis Ecclesiasticis. *Cap.* XXX.

EA, quæ Deo semel dedicata sunt, vel pro peccatorum remedio collata, aut pro animarum requie venerabilibus Ecclesijs relicta, aut eis, alijs iustis modis, acquisita, cùm valdè sit iniquum alijs vsibus applicari, ideo inuasores ipsarum tanquam sacrilegi excommunicationi vsque ad congruam satisfactionem sint subiecti.

Nullus propterea præsumat, aut vsurpari permittat bona, aut iura Ecclesiæ, & quæcumque ad ipsam quoquo modo pertinentia de eiusdem iuribus, fructibus, &c. sub eadem excommunicationis poena ipso facto incurrenda absolutione Summo Pontifici reseruata, vt in Bulla Coenæ, alijsque poenis in Sacro Concilio Tridentino constitutis.

Bona immobilia Piorum locorum, Hospitalium Beneficiorum Ecclesiasticorum, aliorumque similium, vt

accuratè conseruentur, & augeantur annis singulis saltem à nobis, vel ab hominibus per nos deputandis visitentur; Beneficia Ecclesiastica possidens; si bona sui beneficij deteriora reddat, aut arbores iure cedi prohibitas in eius prædijs cedat, iuxta damni qualitatem, fructu dictorum beneficiorum priuabitur, cum non sit, nisi vtilis administrator, & vsufructuarius, non Dominus illorum bonorum, si autem contingat ad necessariam Ecclesię reparationem, vt aliquę arbores cedendæ sint, tunc in loco sublatarum, aliæ prius subrogentur idque fiat cum nostra licentia.

Contra formam sacrorum Canonum, & sine Apostolicæ Sedis beneplacito Ecclesiæ bona non alienentur, siue permutentur, siue ad longum tempus locentur sub eisdem pœnis in illis contentis.

In locationibus bonorum prædictorum obseruetur extrauagans Pauli II. & constitutio Vrbani VIII. neque fiant consanguineis in fraudem, nec anticipatæ solutiones bonorum locatorum in præiudicium successorũ, alioquin ex sacri Concilij Tridentini statuto, prædictas solutiones, aut locationes quoad successores, sciant esse inualidas, neque pariter immobilia vendantur administratoribus, aut ad breue tempus locentur, sine licentia nostra in scriptis, vt in illis administrandis omnis tollatur fraus, secùs verò pœnas legitimas incurrent.

Si domus alicuius beneficij, aut loci pij, vel in agro, vel in Ciuitate existens corruat, intra quindecim dies teneatur Beneficiatus, vel Procurator rem nobis, aut Vicario nostro generali denunciare, sub pœna ducatorum sex.

Notarij quicumque de pijs legatis in testamento rogati intra mensem à die obitus testatoris, nobis, vel nostro Vicario generali ea teneantur denunciare sub pœna excommunicationis.

Legata, à quo tempore fiant in libro bonorum stabi-

lium Parochi adnotent vnà cum Notario, qui de testamento rogatur, vt successores notitiam habeant, sub poena nostro arbitrio.

Bona Ecclesiarum, & Piorum locorum quando locantur, vt omnis tollatur fraus, seruetur formula accensæ candelæ, quæ à Presbyteris eiusdem Ecclesiæ publicetur saltem per tres dies antequam fiat, vt omnes conuenire possint, & in actu solum extinctionis illius; Presbyteri semper laicis preferantur, dummodo oblatio sit æqualis, & si contingat, vt nullus reperiatur offerens, tunc inter eosdem Presbyteros proijciantur sortes, vt vulgo dicitur, imbussolare, ne quis illorum grauetur, alioquin prædicta concessio, seu contractus sit omnino inualidus, & nullus.

Presbyteri verò nullam collusionem faciant inter se sub poena nostro arbitrio.

Laici cuiuscumque conditionis, qui tempore triennali locationis non soluerint in extinctione nouæ candelæ Ecclesiæ bonorum, iterum non audiantur à Presbyteris absque nostra licentia sub poena suspensionis ipso facto.


Possessores bonorum, quæ Ecclesijs sunt obligata, & annuis redditibus obnoxia, si ea alienant vt libera, & franca, aut censum minuunt in excommunicationem ipso facto incurrant, cui excommunicationi subiaceant etiam Notarij, nisi distinctè in eorum instrumentis certum redditum explicent, neque sat est illud declarare per illa verba, *con il solito e consueto rendito*, nec non auxilium, & consilium ad hoc præstantes; teneantur etiam possessores in consimilibus alienationibus sub pena prædicta semper rem totam Rectoribus Ecclesiarum, ad quos spectant huiusmodi bona denunciare.

Quotiescumque contingerit per debitores Ecclesiarum de quocumque capitali pretio ad illud extinguendum, vel aliter depositum fieri, Rectores, Procuratores,

res, seu alij, ad quos pertinet, statim nos in scriptis de omnibus distinctè certiores faciant, ita pariter de noua inuestitura pecuniæ virtute decreti, Is, cui illius executio committitur de adimplementis in eo contentis formiter fidem faciat, & ad nos transmittat sub pœna nostro arbitrio :& hoc præsens decretum, vna cum præcedenti, & Extrauaganti Pauli II. de rebus Ecclesiæ nõ alienandis bis saltem in anno in Ecclesijs maiori frequentia Populi Curati publicent; quo verò ad sortes principales pro onere missarum, obseruetur decretum Sacræ Congregationis de celebratione missarum.

Presbyteri ascripti ad Ecclesiarum seruitium bona earundem non damnificent sub excommunicationis pœna; neque laici sub pœna prædicta; Curati verò distinctè rudibus explicent; quod damnificare est limites commutare, aut infringere, terminos amouere, territoria in totum, vel in partem occupare, arbores, vel ligna cedere, herbas pascere facere, & fructus in cibum animalium destinatos, sepes disrumpere, aquas immittere,& alia huiusmodi, dummodo damnum non sit leue.

De Immunitate Ecclesiastica. Cap. XXXI.



CVm Deus Optimus Maximus ambo vitæ genera separasset, & iurisdictiones distinxisset, vnum horum, sacrum, alterum ad Regimen, & Imperium constituit, vnum sæcularibus, alterum præfecit æternis, &c. quod quidem non obscurè in dist. 10. cap. 8. explicatur, atque, vt *Sancti* Patres affirmant à Deo, veluti duo luminaria creata in Sanctæ Ecclesiæ firmamento fuerunt, Sacerdotium, & Regnum, Rex, & Episcopus, Princeps, & Clerus, luminare maius Sacerdotium, vt præesset diei, ideſt spiritualibus, luminare minus, Regnum, vt præesset nocti, id est sæcularibus; contrarium proinde est, si Sol nocti, si præsset Luna diei.

Cum

Cum igitur Clerici, ex quo corpus, & animam ad Dei seruitium transferunt, facti sint res spirituales nullo modo Constitutionibus laicorum, vel eorum iudicio subijciuntur, quod cum in Sacrorum Canonum decretis quàm verè, tàm clarè in sacra Scriptura auctoritatibus, & testimonijs à tot Imperatoribus eorum gestis, & scriptis comprobatur, vt in dist. 96. cap. 10. 11. 12. 13. & 14. & dist. 97 cap. 1. & 2. legitur; prætermittenda, tamen, non esse existimauimus, quæ à Federico II. Imperatore pro libertate Ecclesiæ, iuriumque illius statuta fuerunt, quæque in sequenti Constitutione Honorij Summi Pontificis referuntur, & confirmantur.

Honorius Episcopus Seruus Seruorum Dei.

NOs Leges à Federico Romanorum Imperatore Filio Nostro charissimo pro vtilitate omnium Christianorum editas laudamus, & approbamus tamquam in æternum valituras, & si quis ausu temerario inimico humani generis suadente; quocumque modo has infrngere tentauerit, ind gnationem Dei omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se nouerit incursum.

Sequitur tenor dictarum Legum Federici II. Imper.

FEdericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus, Marchionibus, Comitibus, cunctisque Populis, quos clementiæ Nostræ regit Imperium salutem, & gratiam.

In die, qua de manu sacratissimi Patris nostri Summi Pontificis recepimus Imperij Diadema, curauimus ad Dei, & Ecclesię suæ honorem edere quasdam leges; quas in præsenti pagina iussimus annotari per totum nostrum Imperium publicandas, per Imperialia vobis

scripta

ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eas, quiſque litteras in ſuo diſtrictu irrefragabiliter, & inconcuſſe ſeruet, & ſunt hæ leges.

Ad decus, & honorem Imperij, & laudem Romani Principis nihil omninò magis videtur accedere, quam vt expurgatis quibuſdam erroribus in iniquis quorumdam ſtatutis penitùs deſtitutis, de cætero Eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate; ſane adeo infidelium quorumdam, & iniuſtorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apoſtolicam diſciplinam, & Sacros Canones ſtatuta ſua confringere contra Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſiæ libertatem. Cum ergo diſpoſitione Diuina fauente, nihil velit Eccleſia, quæ nihil debet præter bonum appetere, quod nobis eodem concurſu, eademque placet voluntate.

Nos Federicus Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus hac edictali lege irritamus, & irrita nunciamus omnia ſtatuta, & conſuetudines, quæ Ciuitates, vel loca, Poteſtates, Conſules, vel quæcumque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticas perſonas edere, vel ſeruare aduerſus canonicas, vel Imperiales ſanctiones præſumpſerint, & ea de capitularibus ſuis mandamus infra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus aboleri, & ſi de cætero ſimilia attentauerint, ipſo iure decernimus eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos ſuperiori protinus applicanda; necnon locum vbi deinceps talia præſumpta fuerint banno mille marcarum præcipimus ſubiacere.

Poteſtates verò, Conſules, Rectores ſtatuarij, & Scriptores dictorum ſtatutorum, necnon & Conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundùm ſtatuta, vel conſuetudines memoratas iudicauerint, ſunt ex tunc ipſo iure infames. Quorum ſententias, & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere, quod ſi per annum huius noſtræ conſtitutionis inuenti fuerint contemptores,

res,

res, bona eorum per totum nostrum Imperium mandamus ab omnibus impunè occupari; saluis nihilominus alijs poenis contra tales in generali Concilio promulgatis.

Item nulla potestas, vel persona publica, vel priuata collectas, siue exactiones, angarias, vel perangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere bona Ecclesiastica præsumat, quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel ab Imperio emãdare contempserint triplum refundant, & nihilominus banno Imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.

Item, quæcumque Communitas, vel persona per annum in excommunicatione facta propter libertatem Ecclesiæ perstiterit, ipso Iure Imperiali banno subiaceat, à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab Ecclesia absolutus fuerit.

Item statuimus, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad Iudicium sæculare præsumat contra Constitutiones Imperiales, & Canonicas Sanctiones; quod si fecerit actor à iure suo cadat, & iudicatum non teneat, & Iudex sit ex tunc iudicandi potestate priuatus.

Statuimus etiam, vt si quis Clericis, vel personis Ecclesiasticis iustitiam denegare præsumpserit, tertio requisitus suam iurisdictionem amittat.

Gazaros, Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circumcisos, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur perpetua damnamus infamia, diffidimus, atque bannimus: præcipientes, vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur, ita quod filij eorum ad successiones peruenire non possint, cùm longè grauius sit æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum

Ec-

Ecclesiæ iuxta considerationem suspicionis, ac qualitatem personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames, & banniti ab omnibus habeantur, ita quod si sic per annum manserint ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus.

Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt Potestates, Consules, seu Rectores quibuscumque fungantur officijs pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod à modo quandocumque fuerit quis in potestatem siue perpetuam, vel temporalem assumptus hoc teneantur Capitulum iuramento firmare. Alioquin nec pro Potestatibus, nec pro Consulibus habeantur, & eorum sententias irritas ex tunc decernimus & inanes.

Si verò Dominus temporalis requisitus, & admonitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate post annum à tempore admonitionis elapsum, terram illius ipsis exponimus Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis absque vlla contradictione possideant, & in fidei pietate conseruent, saluo Iure Domini principalis, dummodò super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum apponat; eadem nihilominus lege seruata contra eos, qui non habent Dominos principales.

Credentes præterea Receptatores, Defensores, & Fautores hæreticorum bannimus firmitèr statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit ab Ecclesiæ excōmunicatione notatus satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso Iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi, neque ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, vt ne testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat; nullus præ-

tereà ei ſuper quocumque negotio is id ipſe alijs re-ſpondere cogatur; Quod ſi forte Iudex extiterit eius ſententia nullam habeat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur, ſi fuerit Aduocatus eius Patrocinium nullatenùs admittatur; ſi tabellis In-ſtrumenta per eum confecta nullius penitùs ſint momenti. Nauigia quocumque locorum peruenerint; ſi quo caſu contingenti rupta fuerint, vel alitèr ad terram peruenerint, tam nauigia, quam nauigantium bona illis integrè reſeruentur, ad quos ſpectabant antequam nauigium illud periculum incurriſſet ſublata omnium locorum penitùs conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni, niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem; aut ſint Nobis, vel Chriſtiano nomini inimica.

Tranſgreſſores verò huius Noſtræ Conſtitutionis bonorum ſuorum publicatione mulctentur; & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum Noſtrum modis alijs compeſcatur.

Omnes Peregrini, & Aduenæ liberè hoſpitentur vbi velint, & hoſpitati ſi teſtari voluerint de rebus ſuis ordinandi, liberam habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si quis verò inteſtati deceſſerint, ad hoſpitem nihil perueniat, ſed bona ipſorum per manus Epiſcopi loci tradantur hæredibus, ſi fieri poteſt, vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes verò ſi aliquid de bonis talium contra hanc Conſtitutionem noſtram habuerit, triplum Epiſcopo reſtituat, cui viſum fuerit aſſignandum non obſtante ſtatuto aliquo, ſeu conſuetudine, ſeu priuilegijs, quæ hactenus contrarium inducebant; ſi qui autem contra præſumpſerint eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur, in quo deliquerint, alias prout culpæ qualitas exegerit puniendi.

Agricultores; & circa ruſticitatem occupati dum

villis

villis insident, dum agros colunt securi sint quacumq; parte terrarum, itaut nullus inueniatur tàm audax, qui personas, vel boues, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rusticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare præsumpserit in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso Iure incurrat Imperiali animaduersione nihilominus puniendus.

Quibus, & alijs sanctionibus, ac legibus pro breuitate omissis eas tantummodo, per decreta prædecessorum nostrorum confirmatas iterum ad mentem reducimus.

Qui directè Clericos, eorumque bona onerant, aut indirectè cum eorumdem Clericorum intuitu, maiori collectarum, gabellarum, & impositionum consimilium onere consanguineos, & parentes eorumdem grauant, in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrere sciant, cuius absolutio Summo Pontifici est reseruata damno Clerico restituto, & vt omnibus hoc notum fiat, inter Missarum solemnia, vulgari sermone, à Parochis Populo declaretur Dominica in Ramis Palmarum, & in Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis. In eandem excommunicationem incurrunt Officiales, & alij mandantes, siue consulentes, cum Ecclesiastica immunitas ex hoc violetur.

Officiales, aut Ministri Iustitiæ quicumque illi sint, capientes Clericos, vel capi facientes in delictis repertos, & illos ad nostros carceres si non mandant deferri, vel non deferunt, incidant in excommunicationem latæ sententiæ, quod si hoc per Diœcesim contingat, in eādem pœnam incidant, si id obseruare contempserint, aut consignari eos statim nostro Vicario foraneo recusent, & tardent.

Quando per Clericorum animalia, damna Laicis inferuntur, licet ad damni tantum refectionem, & non

ad pœnam Clerici teneantur, ne huius priuilegij prætextu ad huiuſmodi damna excitentur; volumus ad noſtrum arbitrium, etiam loco pœnarum, aliquid ſoluere, & pijs locis illas applicari. Inuigilent propterea Vicarij foranei, ne ad forum laicale trahantur, ſed deferantur ad Vicarium noſtrum generalem in Ciuitate, vt ab eis iuſtitiam tantùm damni illati recipiant, alioquin in excommunicationem ipſo facto incurret quicumque ad id Clericum coegerit, tamquam immunitatis Eccleſiaſticæ violator; quod ſi Clericus ſpontè, vel alio quouis modo huiſmodi pœnas laicis ſoluerit, pœnas etiam dabit librarum ceræ albæ decem pro qualibet vice, & ſi laici in huiuſmodi damnis contra famulos Clericorum procedere audeant, eiſdem pœnis Sacrorum Canonum puniantur, vt etiam Sacra Congregatio ſtatuit.

Cum Clerici immunes eſſe debeant ab omni laicali ſeruitute, præcipimus ſub excommunicationis pœna Sindicis, & electis, ſiue alijs Officialibus, ne audeant ad hoſpitium militum, vel ſatellitum Clericorum domos, licet Clerici in eadem propria domo retineant laicos, deſtinare, aut deputare, vt vulgo dicitur (Capocartella) ſub prætextu, quod ijdem laici ad huiuſmodi hoſpitationis onus teneantur, cum laici hoc caſu, ne Clerici inde incommoda ſubſtineant ſolũ hac gaudeant immunitate, tamen eo caſu teneantur laici prædicti pro tali onere contribuere in pecunia.

Clericus, qui ſuo priuilegio ſpontè, vel alia quacumque ratione renunciauerit, ſiue in gabellis, ſiue in contributionibus, aut alijs laicalibus pœnis, aut ſimilibus oneribus, ſoluat pro qualibet vice pœnam dupli, cum huiuſmodi priuilegia non ſint illorum particularium, ſed totius Eccleſiæ, & inde ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ decoloratur, vt docent Doctores.

Parochi, & Vicarij foranei de omnibus, qui ad Ec-

cle-

clesias confugiunt leui etiam de causa, nos certiores reddant intra duos dies sub pœna nostro arbitrio; & si tales in eisdem Ecclesijs scandali alicui fuerint minus grauiter, & irreuerenter se præbendo, aut super altare dormiendo, ab illa expellendos declarabimus.

Claues eiusdem Ecclesiæ semper sint penès Sacristã, vel Hebdomodarium, & nullo tempore retineantur à laicis, seu à confugientibus ad illam sub pœna carceris in Ecclesiasticos, & excommunicationis respectu laicorum.

Neque sinant pulsari campanas ad aliquem vsum prophanum, aut ad conuocandum Populum, aut consilium contra bannitos, aut in aduentu non insignis personæ Ecclesiasticæ absque nostra licentia sub pœna nostro arbitrio.

De Confraternitatibus, ac alijs locis pijs, eorumque administratoribus. Cap. XXXII.

CONfirmamus quæ à prædecessoribus nostris de Confraternitatum, Piorumque locorum recta administratione sancita sunt, videlicet

Vt Confraternitates, & Pia loca omnia, fideliter, diligenterque administrentur, & Magistri, siue quocumque alio nomine nuncupentur piorum locorum administratores omnes suæ villicationis rationem coram nobis, aut Vicario Generali, vel alijs à nobis deputatis singulis annis iuxta Concilij Tridentini decreta omnino reddere teneantur, quod si moniti non paruerint per carcerationem, & Ecclesiasticas censuras compellantur, nec administrationem ante suscipiant, quàm iuramentum in manibus Vicarij nostri generalis, vel foranei cuiuscumque loci præstiterint de rectè, ac fideliter administrando, deque non alienando bona, vel ea præter eiusdem pij loci instituta aliquo modo dispensando,

do, & Inuentarium omnium bonorum mobilium, & stabilium, iurium, & actionum confecerint, illiusque exemplum à publici Notarij manu subscriptum ad Archiuium Curiæ nostræ detulerint infra spatium vnius mensis.

In eorum verò electionibus faciendis secreta omnino suffragia dentur, nihil amicitiæ, aut sanguinis gratia fiat, & qui minus idoneos, vel inutiles elegerint de manu illorum omnia errata Deum requisiturum fore meminerint; Debitores ipsorum locorum piorum, vel qui dati, & accepti rationem reddere non valeant, nunquam eligantur, & eorum electio sit ipso Iure nulla: Procuratores singulis annis mutentur, aut semel tantùm confirmentur. Magistri verò singulis quibusque biennijs eligantur, nec absque nostra, vel nostri Vicarij generalis approbatione illorum confirmatio teneat.

Confraternitates nouæ, nisi de Sedis Apostolicæ, aut nostra auctoritate non erigantur, in numerum autem confratrum nemo peccati publici labe notatus admittatur. Comessationes, conuiuia, vel spectacula, maximè locorum piorum expensis, aut peregrinationes nullo modo à confratribus exerceantur.

Confratres, regulas, & constitutiones Confraternitatis ipsis præscriptas ab Ordinario iam approbatas ad vnguem obseruent, vt verè illius Confratres reputentur, participesque fieri possint tot spiritualium bonorũ, & præsertim indulgentiarum à Summis Pontificibus concessarum, quæ regulæ, vt omnibus innotescant legi debeant duabus vicibus singulis annis ipsis confratribus simul congregatis, videlicet Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini, & Dominica infra Octauam Corporis Christi.

Dotes, quæ ex laudabili consuetudine, vel defunctorum pia dispositione à quibusdam Confraternitatibus in maritandis puellis erogari solent, ne minus egenis, aut

ad

ad arbitrium, & preces aliquorum distribuantur, & quotidie paupercularum virginum lamentationes audiantur, statuimus, dotes prædictas illis tantummodo puellis assignari, quæ maiori necessitate, & honestate præmuntur, Parochi attestatione adhibita, & à nobis approbanda; nisi velint administratores de proprio illas soluere, si verò in æqualibus paupertatum conditionibus repertæ fuerint, proijciantur sortes inter eas; saluis tamen iuribus testatorum, quorum voluntates adimpleri præcipimus; & ab omnibus Magistris, seu Confraternitatum Deputatis in ipsa dotium consignatione cautiones, & cautelas eius oneris recipi mandamus, vt sine filijs decedentibus mulieribus, facili modo à Confraternitatibus dotes recuperari valeant; nihil sanguini, aut carni tribuant Deputati, sed tanquam fideles Dei dispensatores tantò integrius fore salua huiusmodi bona meminerint; quantò sanctius probabuntur expensa, & ne Procuratoribus, aut alijs Confraternitatum Officialibus ex constitutis dotibus puellis, etiam ipsis; aut earum maritis consentientibus aliquid surripere liceat, quod non sine magno animi nostri dolore solutione dotium nimis dilatata interdum factum fuisse cognouimus, non solum ex dotis constitutæ quantitate subtrahentes, vel retinentes, sed ipsos etiam subtractioni, vel retentioni aliquo modo licet in proprium consentientes damnum, excommunicationis latæ sententiæ vinculo obnoxios esse volumus, & declaramus.

De Sacristia, & eius Præfecto. Cap. XXXIII.

QVia comperimus res sacras minus decenter pertractari opus est ea repetere, quæ Antecessores nostri pro earũ conseruatione decreuere nimirũ Sacristię Prępositũ absolutis diuinis officijs singulo quoq; die

Scopula mundare Altaria.

Sæpè purgare Cruces, Candelabra, Thuribula, & cætera vaſa argentea, necnon lampades, & lauacrum.

Item Calices vſuales, Purificatoria, & Corporalia, verum à conſtituto in Sacris purificari facere in vaſe æreo ſtamno illito.

Nitida tenere Altarium mantilia, lintea albas, & amictus munda cuſtodire Icones Altarium, cruces, candelabra, & tabellas.

Laicos è Sacriſtia arcere, ibique pariter retinere præter libros neceſſarios Miſſalia quattuor ad minus, Ceremoniale vnum, Sacerdotale, Directorium Chori, Ritualia duo, Caſulas verò albas, & Calices ad numerum competentem in viſitatione per nos deſcribendum, & ea quę communi vſui ſunt deſtinata intra particularium arcas detineri, omninò prohibemus.

Duæ etiam tabellæ muris affixæ ſint, altera Clericorũ ſeruitio Eccleſię adſcriptorũ, altera ordinem contineat, qui à Sacerdotibus in celebrandis Miſſis ſingulis quibuſque hebdomadis ſeruari debeat, & octauo quoque die renouetur; Miſſæ verò ita diſtribuantur, vt Populo cõmodè ſufficiant, nec vnus ſacrum facturus prodeat Sacerdos è Sacriſtia, niſi præcedens finierit, vel Sacerdos ſaltem communionem ſumpſerit, nec tempore, quo horæ canonicæ perſoluuntur.

De Conſtitutionibus Synodalibus. Cap. XXXIV.

OMnibus, & ſingulis noſtræ Diœceſis, quæ in preſenti Synodo à nobis acta, decretaue ſunt ſub pœnis in eiſdem contentis, & alijs à Sacris Canonibus, & Summorum Pontificum conſtitutionibus impoſitis ſeruari mandamus, eaque confirmamus, & in ſuo robore permanere decernimus.

Teneantur inſuper omnes, & ſinguli Clerici eiuſdẽ

nostræ Diœcesis spatio duorum mensium à die, qua hæ nostræ Constitutiones impressæ fuerint eas apud se retinere, vt facilius muneris sui debitum agnoscant, & quod præstare tenentur, non ignorent, qui verò elapso termino penès se non habuerit pœnam vnius ducati soluat, & tamen ad executionem præfati decreti alijs iuris remedijs compellatur.

Quæcumque denique in hac nostra Sinodo Diœcesana sancita, & approbata sunt iudicio, & auctoritate Sanctę Romanæ Ecclesiæ corrigenda, ea, qua decet reuerentia, & obedientia subijcimus.

Quibus omnibus, & singulis supradictis Constitutionibus, & decretis Synodalibus à me D. Ioseph Sarno Secretario, alta, & intelligibili voce perlectis.

Illustrissimus, & Reuerendiss. D. interrogauit, dicens. Placet ne vobis recipere, & approbare præsentes Constitutiones, quæque in hac Sinodo sancita fuerunt.

Responderunt omnes: Placet; præsentibus R. D. Octauio Macchia, D. Ioanne Angelo Maiorana, D. Iosepho Alfonso, & alijs, &c.

Hæc omnia acta fuerunt Sancti Angeli in Cathedrali Ecclesia sub vocabulo Sancti Antonini, die 2. mensis Septembris 1651. præsentibus ibidem Perillustri, & admodum R.D. Francisco de Alexijs Vicario generali, & RR. DD. Canonicis, videlicet, Adm. R D. Io. Angelo Fasano Archidiacono, R.D. Nuntio de Gregorio Cantore, R.D. Hieronymo Cicere Archipresbytero, R.D. Francisco Antonio Fasano Thesaurario, R.D. Io. Antonio Pennella, R.D. Nuntiante Priore, R. D. Io. Felice Flore, R.D. Ioanne Petro de Felice, R.D. Carolo de Aprile, R.D. Antonio Macchia, R. D. Vincentio Galante, & R.D. Dominico Bozza Canonicis, ac vniuerso Clero tam Vrbano, quàm Diœcesano.

In Examinatores Synodales fuerũt electi infrascripti, Adm. R.D. Ioannes Angelus Fasanus Archidiaconus.

R.D.Nuntius de Gregorio Cantor.
R.D.Hieronymus Cicer Archipresbyter.
R.D.Ioannes Antonius Pennella Canonicus.
R.D.Ioannes Petrus de Felice Canonicus.
Adm.P.Lector Philoſophiæ, & caſuum conſcientiæ Pater Baccalaureus Fr. Ioſeph à Balneolo Ordinis Prædicatorum.

CONSTITVTIO PII V. Die 2 Maij 1569.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Contra impedientes, & offendentes perſonas Sanctæ Inquiſitionis, &c.

SI de protegẽdis cæteris omnibus Eccleſię miniſtris, quos in fidem,& clientelam noſtram à Domino recepimus, cura nobis quotidiana inſidet, quanto maiore ſtudio eam nos ſollicitudinem capeſſere neceſſe eſt, vt qui in Sacro Inquiſitionis hæreticæ prauitatis officio verſantur, ſub tutela inuiolatæ auctoritatis huius Sedis periculorum omnium expertes, quæq;munera ad exaltationem Fidei Catholicæ exequantur? Cum itaq; eius generis impiorum vis quotidiè magis inualeſcat, qui omnibus malis artibus prædictum officium ſubuertere, miniſtroſq; functionibus diſturbare moliuntur, eò iam nos detruſit neceſſitas, vt nefariam, & ſcœleſtam illorũ audaciam acerbiore caſtigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali Conſtitutione de Fratrum noſtrorum conſilio ſancimus, vt quicumq; ſiue priuatus, ſiue cuncta Ciuitas, ſiue Populus, ſiue Dominus, Comes, Marchio,Dux,vel potiore titulo illuſtris, quemuis ex Inquiſitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs,

alijſuè

alijsuè ministris prædicti officij, vel Episcoporum id munus in sua Diœcesi, aut Prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei, quomodocumque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, quiuè Ecclesias, ædes, aliasuè res, siue publicas, siue priuatas officij, aut Ministrorum expugnauerit, inuaserit, incenderit, expilauerit, aut libros, litteras, auctoritates, exēplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliauè instrumenta, siue publica, siue priuata, vbicumque posita combusserit, deripuerit, seu interuerterit, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocumque modo illa exportauerit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, siue capiendi, siue comburendi, siue supprimendi causa fuerit, siue res, aut personas seruari, defendiuè prohibuerit, quiuè Carcerem, aut aliam Custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumque eripuerit, receperit, occultauerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cœtum, concursumuè fecerit, siue vt aliquid prædictorum fieret, omnes accommodauerit, siue alias auxilium, consilium, aut fauorem publicè, vel occultè in quolibet prædictorum scienter pręstiterit, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succensum, direptumuè, nullum denique damnum re ipsa sit secutum; nihilominùs is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus, idem quoque læsæ Maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocumque alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipso priuatus, sæcularis Iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per Constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam est

de damnatis hæreticis per Sanctiones Canonicas con-stitutum: eius filij paterna infamia subiecti, omnis, & cuiuscumque hæreditatis, successionis, donationis, & legati, siue propinquorum, siue extraneorum omninò sint expertes, eisdem prætereà portæ nunquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere, vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiserit, nisi contrarium per claras probationes docuerit, se fecisse. Quod porrò de prædictis, eorumque filijs statuimus, illud idem de omnibus Clericis, & Præsbyteris sæcularibus, & quorumuis Ordinum etiam exemptorum regularibus, & quacumque etiam Episcopali, & maiori dignitate prȩditis, ac etiam priuilegio quomodocumque suffultis, decernimus exequendum, ita vt ipsi beneficijs, & officijs omnibus Ecclesiasticis præsentium auctoritate priuati per Iudicem Ecclesiasticum, hæreticorum more degradentur, demum potestati sæculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subijciantur. Pontificum tamen causis nobis, & successoribus nostris reseruatis, vt requisita, & nobis renunciata contra eos ad depositionem, & alias pœnas prædictas procedamus, vti Criminis atrocitas videbitur postulare. Quicumque autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere tentauerint, in easdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores à Sacris Constitutionibus inferuntur, ipso facto se nouerint incidisse. Verùm si quis etiam huiusmodi criminum conscius, vel affinis, siue religionis studio, siue pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, supplicio liberetur. Cæterum eam omnium, & quarumcumque absolutionum rationem à prædictis criminibus, nec non habilitationum, & restitutionum etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt successores nostri nullas, nisi saltem semestri post cuiusque assumptio-

ptionem ad huius dignitatis faſtigium excurſo, ac precibus apud ſupremum officium Inquiſitionis hic inſtitutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quaſcumque huiuſmodi abſolutiones, habilitationes, & reſtitutiones, quæ precibus ſic non verificatis de cætero fient, nemini prorsùs prodeſſe, ſed nec præſentibus, niſi toto ipſarum tenore ad verbum inſerto, & gratia ex certa Romani Pontificis ſcientia facta, & propria manu ſubſignata, vlla in parte derogari, nec derogatum cenſeri debere, & ſi illis ex quacumque cauſa aliter derogari contigerit, derogationes huiuſmodi nullius prorsùs fore roboris, & momenti. Iubemus igitur vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & ceteros Eccleſiarum Prælatos per vniuerſum Orbem conſtitutos, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, aut earum exempla in ſuis quiſq; Prouincijs, Ciuitatibus, Diœceſibus, & locis ſolemniter publicare, & quantum in ſe eſt firmiter obſeruari procurent, contradictores quoſcumq; per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ipſaſque cenſuras, & pœnas etiam iteratis vocibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Cæterum omnes Orbis terrarum Principes, quibus gladij ſæcularis poteſtas ad malorum vindictam eſt permiſſa, per eam, quam ſe tueri promiſerunt fidem, obteſtamur ita ſuas quiſque partes, ſiue in præſtando miniſtris prædictis auxilio, ſiue in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animaduerſione interponere, vt eorum quoque præſidijs miniſtri ipſi tanti officij muneris pro Dei æterni gloria, & religionis incremento feliciter exequantur, ampliſſimum à Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ aſſertoribus in æternæ beatitudinis conſortio præparauit. Nulli ergo, &c.

Edi-

Edictum de Hæreticis.

De Hæret.lib. ...it. 7. cap. 13. ...n.

QVuoniam à ſacris Canonibus mandatur,[a] & in virtute obedientiæ ſtrictè præcipitur, ne Epiſcopi per Diœceſes ſuas ſuper expurgando hæreticæ prauitatis fermento, negligentes ſint, vel remiſſi; & ſæpè Hæretici, hominum genus pernicioſiſſimum, ſub ouina pelle latenter irrepant, & Catholicum Chriſti gregem praua doctrina interdum pietatis prætextu diſſeminata, corrumpere contendant.

Idcircò Nos, licet diuina gratia, nihil tale in hac Diœceſi eſſe pro certo habeamus, mandamus, vt omnes, tam Laici, quàm Clerici, præſertim, qui alijs præſunt, & animarum curam habent,[b] inuigilent, ne quis inimicus homo ſuperſeminet Zizania; attendantque ſi qui conuentus fiunt,[c] aut ſermones de fide habentur ab hominibus præſertim rudibus, ſuſpectis, & laicis; cuiuſcumque conditionis,[d] ne diſputationes huiuſmodi, nec publicè, nec priuatim à dictis fiant,[e] & ſi quid fortè, quod abſit, ab orthodoxa fide alienum, aut ſuſpectum, vt contra articulos fidei, ſacramenta, Papæ, Sacerdotum, & approbatorum Conciliorum auctoritatem, ſacram Scripturam, & alia ſimilia compererint, intra quindecim dies, Nobis, ſeu Inquiſitori ſignificent, ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ,[f] quod ſi ipſi non poſſunt, id faciant per epiſtolam Auctoris nomine ſubſcriptam, qui Auctor occultus perpetuò habebitur.

...ynod. Card. ...m. de Hære.

...e Hæret. c. ...& l. 3. C. de ...ret.

...e Hæret. in ...2. §. Iubemus ...c. 2. Iubemus

...rect. Inquiſ. f ...2. comment.

Pari diligentia etiam in eos inueſtigandum, qui licet ſe non eſſe hæreticos profiteantur, hæreticales tamen blaſphemias, hoc eſt contra Apoſtolorum Symbolum proferrent,[g] vel in cauſis ad Sanctum Officium ſpectantes denunciando, & teſtificando, ne deponerent, vel teſtificarentur, minis, ſiue blandimentis, vel

...irect. Inquiſ. ...2. commēt. ...tt. D.

alio modo alios abducerent, seu post testificata, & deposita metum inijcerent, vel hæreticorum errores de fide defenderent, aut illis fauerent, vel hæreticos scienter reciperent, aut de patrocinio, seu tabellionatu seruient, aut litteras ad eos mitterent, & ab illis reciperent, aut illos mortuos sepelirent, [h] quod diligentissimè curandum est, ne virus aliquod in tanta mali propinquitate ex infecta aliqua radice latenter subrepat, [i] qui contrafecerint seuerissimè punientur.

Summa etiam inuigilent cura in Idolatras, & Christianos, [l] si qui sint (quod Deus auertat) iuxta Iudæorum ritum viuentes, & Hebræos quouis modo in dictum eorum ritum Christianos inducentes, & permittentes, Hebræosque Christi fidem exoptantes, ab ea abducentes, ac hæreses docentes, & inter nos in fide communia non credentes, ac Dœmoni sacrificantes, vel illi fidem spondentes, vel incantationibus, vel magicis superstitionibus, vel lamiarum exercitio, sortilegijs, maleficijs operam dantes, nec non diabolicis signis vtentes, vel verbis incognitis, vel anulis, in quibus Dœmonum nomina, vel verba superstitiosa inscripta sunt, vel Dœmonum remedia contra Demonem adhibentes [m].

Non minor circa libros, tam editos, quàm edendos deligentia adhibenda [n] est, cum ad fidei Catholicæ conseruationem maximè intersit, vt sanam doctrinam continentes, incorrupti edantur, qui verò falsam doctrinam sapiunt, aut docent, propulsentur, & eijciantur, [o] itaque nemini liceat libros quoscumque in aliquem locum introducere, nisi personis à Nobis, vel Inquisitore deputatis, renuncientur, [p] idem ab hæredibus vltimarum voluntatum fiat. [q] Nemo item libellos manuscriptos diuulget, nisi ante examinati, & probati fuerint, [r] quod si quis nouerit libros hæreticos, aut ab Ecclesia Romana prohibitos ab aliquo Christiano, vel etiã He-

h De Hæret 11. & 13. §. cr tes, & §. ad mus, & C. de ret. Auth. cr tes, & cap. 2. Hæret. in 6.

i Synod. P uinc. Rauen. bin. de Hær cap. 1.

l Bannim.

m Bannime

n Decret. G sij Papæ I.

o Indic. nou prohib. in In

p Ind. reg. x.

q d. Reg. x.

r Bannim. In

Hebræo haberi, aut legi, aut diuulgari; Nobis, ſeu In-
annim. quiſitori denunciare teneatur [t].

Nemo etiam audeat imprimere, vel imprimi facere
Hæret.c.4. libros prohibitos, aut ſcripta Auctoris damnati, [t] immo nullum librum cuiuſcumque generis ſit imprimat, vel imprimi faciat abſque noſtra, vel à nobis deſignati, ac Inquiſitoris approbatione, & licentia: Sed in omnibus exactæ Regulæ Indicis librorum prohibitorum, ſeruentur, cum regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos, & inſtructione S. D. N. Clementis
g.x. ex In- Papæ VIII. iuſſu edicta [u].

Mandamus inſuper ſub dictis pęnis, & cenſuris, vt omnes, tam Clerici, quàm Laici, qui vltra tertiam vicem hæreticaliter blaſphemantes audierint, & prædicta omnia, & ſingula compererint; intra dictum quindecim dierum terminum nobis, ſeu Inquiſitori ſignificent.

Sommario della Bolla di Siſto Quinto, ſopra i Contratti illeciti.

LA felice memoria di Siſto Quinto, hauendo inteſo il contagioſo morbo de'falſi, & ingiuſti contratti, che in molte parti del Mondo ſi faceuano, accioche più largamente ſerpendo, non ſi dilataſſe per tutto, & infettaſſe tutta la ſua greggia, dannò, e reprobò tutti, e ciaſchedun contratto, conuentione, e patto, doue ſotto nome di compagnia, ſi danno da alcuni danari, animali, ò qual ſi voglia altra coſa, quale ancorche per caſo patiſſe danno, ò periſſe affatto, vogliono ad ogni modo, che la ſorte principale, ò'l capitale reſti ſaluo, & intero, e ſia obligato il compagno, che l'hà riceuuto à reſtituirglielo, ò riſponderle vna certa ſomma, ò quãtità di danari ogni meſe, ouero ogni anno, finche dura detta compagnia: Ouero danno ſimili coſe con patto d'ha-

d'hauer'ogn'anno vn tanto per cento, ſenza hauere riſguardo all'emolumento, ò danno, che riceueſſe in quell'anno il compagno; e dichiarando Sua Santità ſimili contratti, conuentioni, ò patti, vſurarij, & illeciti, ordina, che da qui innanzi non ſi facciano ſimili compagnie, ma più toſto ſi facciano in queſto modo. Che vno vi metta i danari, ò animali, ò altra robba, ſenza riſeruarſi l'integrità del capitale, ſe per caſo periſſe; ma ſtia ſoggetto ad ogni caſo fortuito; e l'altro la fatica, e l'induſtria, e poi tutti due mettano inſieme la rendita, le ſpeſe, & i danni, e come il giuſto, e l'honeſto richiede, ſe le diuidano, e partino egualmente, ò pure ſi facciuo altri contratti conforme à i Sacri Canoni, che queſto ſarà lontano da ogni ſoſpetto di fraude, & vſura. Vero è, che ſe finita la compagnia il capitale foſſe in eſſere, s'hà da reſtituire à chi lo diede, ſe però non ſarà ſtato fatto commune trà i compagni, ò trà di loro non ſi ſarà fatto altro accordo; che in tal caſo s'hà da ſtare à i patti fatti, ſe non ſaranno contrarij à i modi, che preſcriuono i Sacri Canoni: e ſe ſuccedeſſe, che per l'auuenire ſi faceſſero ſimili contratti, e patti vſurarij, & illeciti, vuole, e ſtatuiſce Sua Santità, che oltre, che non poſſono dimandar coſa alcuna in giuditio, nè capitale, nè altro; incorrino anche nelle pene ſtatuite da i Sacri Canoni, e Concilij generali contro i manifeſti vſurarij, e come contra tali ſi poſſi procedere con opportuni rimedij, dando facoltà à tutti i Giudici di giudicarli, e punirli, conforme à queſt'ordine, e leuandola à tutti (ancorche ſieno Cardinali) di giudicarli altra mente; dichiarando irrito, e nullo ogni altro giudicio.

Contra Occupantes obuentionum pijs locis applicandarum, & impedientes fructus, nè percipiantur, &c.

Concil. Triden. sess. 22. cap. 11.

SI quem Clericorum, vel Laicorum, quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali, præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis sæcularis, vel regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorumque locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obuentiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent; per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laicorum; seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit; seu impedire, nè ab alijs, ad quos iure pertinent, percipiantur; is anathemati tamdiù subiaceat, quamdiù iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint; Ecclesiæ, eiusque administratori, siue beneficiato integrè restituerit, ac deindè à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit; etiam iure patronatus vltrà prædictas pęnas eo ipso priuatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pęnis subiaceat; necnon quibuscumque beneficijs priuatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

Contra

Ordinarij arbitrio suspendatur

Contra non facientes Decimarum solutiones, aut impedientes fieri, &c.

NOn sunt ferendi, qui varijs artibus decimas, Ecclesijs obuenientes, subtrahere moliuntur, aut qui ab alijs soluendas temerè occupant, & in rem suam vertunt; cum decimarum solutio debita sit Deo; & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt; res alienas inuadunt. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus cuiuscumque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas, ad quas de iure tenentur; in posterum Cathedrali, aut quibuscumque alijs Ecclesijs, vel personis, quibus legitimè debentur, integre persoluant. Qui verò eas, aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absoluantur. Hortatur dehinc omnes, & singulos pro Christiana charitate, debitoque erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsunt Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atque ad Pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur. Concil. Triden. sess. 25. cap. 12.

Decreto de' Matrimonij Clandestini.

QVantunque non s'hà da dubitare, che i Matrimonij Clandestini fatti col libero consenso de' contrahenti sono stabili, e veri Matrimonij, finche la Chiesa non gli hà annullati, e però ragioneuolmente s'habbino da dannarsi quelli, come in effetto il santo Concilio gli scommunica; che negano questi non esser stabili, e veri Matrimonij, e che falsamente dicono, che i Matrimonij fatti da i figli di Famiglia, senza consenso de' Genitori, non vagliono, e che i loro Genitori li Concil. Triden. sess. 24. cap. 1.

possono far validi, & inualidi: tuttauia la Santa Chiesa di Dio per giustissime cagioni gli hà sempre abborriti, e prohibiti: Ma conoscendo il santo Sinodo, che per la disubidienza degli huomini, simili prohibitioni homai non giouano, & iscoprendo graui peccati, cagionati da simili contratti Clandestini, e specialmente il peccato di coloro, che viuono di continuo in stato di dannatione, mentre lasciando la prima moglie, con cui occultamente haueuano contratto, palesemente ne pigliano vn altra, con la quale viuono in perpetuo adulterio. Al qual disordine la Santa Chiesa, che non giudica delle cose occulte, non potendo prouedere, senza adoprare qualche efficace rimedio: però seguendo le vestigie del Sacro Concilio Lateranense, celebrato sotto Innocentio III. comanda, che per l'auuenire per trè feste continue, prima che si celebri il contratto, dal proprio Paroco publicamente trà la solennità della Messa trè volte si denuntij frà chi s'habbia da contrahere matrimonio; le quali denuntie fatte, se non gli vien proposto qualche legitimo impedimento, si venga alla celebratione del Metrimonio in faccia della Chiesa, doue il Paroco interrogati l'Huomo, e la Donna, e conosciuto il loro vicendeuole consenso, ouero dica: *Ego Vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, ò vsi altre parole, secondo l'vso introdotto in ciascheduna Prouincia.

Che se tal volta si sospettarà probabilmente, che per malitia di alcuno si possa impedire il Matrimonio, se si fanno tante denontie; all'hora, ò se ne facci sol'vna, ò almeno con la presenza del Paroco, e di due, ò trè Testimonij si celebri il Matrimonio. Dipoi, prima che si venghi alla consumatione di esso, si facciano in Chiesa le denontie, acciò se vi fossero alcuni impedimenti, più facilmente si scuoprino: Se però l'Ordinario non giudicherà esser bene, che si tralascino tali denontie: Il

che

che rimette il Sacro Sinodo alla prudenza di quello.

Chi tentarà di contraher Matrimonio altrimente, che con la presenza del Paroco, ò d'altro Sacerdote, con licenza dell'istesso Paroco, ò dell' Ordinario, e di due, ò trè Testimonij, il Sacro Concilio lo rende del tutto inhabile à simil contratto, e determina, che simili contratti sijno inualidi, e nulli, come per il presente Decreto gl'inualida, & annulla.

In oltre comanda, che ad arbitrio dell'Ordinario sia punito grauemente quel Paroco, ò altro Sacerdote, che interuerrà à simil contratto con manco di due Testimonij, e li Testimonij, che v'interuerranno senza il Paroco, ò altro Sacerdote, come di sopra, e similmente gl'istessi contrahenti.

Il medesimo Santo Sinodo essorta ancora i maritati à non habitare insieme nella medesima casa; prima della benedittione Sacerdotale, che s'hà da riceuere in Chiesa dal proprio Paroco; nè possa darsi tal benedittione da altro Sacerdote, senza la facoltà concessagli dall'istesso Paroco, ouero dall'Ordinario, non ostante qualunque Priuilegio, ò consuetudini, ancorche immemorabili, quale più tosto si deue dire abuso.

Che se alcun Paroco, ò altro Sacerdote, siasi regolare, ò secolare, ancorche pretendesse di poter far questo per priuilegio, ò consuetudine immemorabile, ardirà di sposare, ò benedire i Sposi dell'altrui Parochia senza licenza del proprio Paroco, sia ipso Iure sospeso, sino à tanto, che sia assoluto dall'Ordinario di quel Paroco, che douea esser'al Matrimonio, ò benedir gli Sposi.

Habbia il Paroco vn libro, doue noti i nomi de'maritati, e de' Testimonij, insieme col giorno, e luogo, doue si fece il Matrimonio, e lo coserui appresso di se con gran cura: Finalmente il Sacro Concilio essorta i maritati à confessarsi diligentemente trè giorni, prima che si sposino insieme, ò almeno prima che consumino il

Matrimonio, & à pigliar diuotamente la *Santissima Eucharistia*. Desidera anco grandemente il Sacro *Sinodo*, che s'alcune Prouincie hanno in questa materia altri costumi lodeuoli oltra i predetti; li conseruino, e mantenghino, senza alteratione alcuna.

Breue Instruttione per li Confessori.

ESsendo il Confessore obligato d'interrogare il penitente, quando giudichi prudentemente esser necessario, deue auuertire, che alcune interrogationi deuono precedere la confessione, altre nell'atto medesimo di quella si deuono fare, altre finalmente dopo di essa.

Primieramente deue conoscere se il penitente è della sua Parochia, ò giurisditione, e se hà l'autorità di poterlo assoluere.

Secondariamente, se il penitente hà alcun'impedimento di scommunica riseruata, ò se tenesse robba d'altri con animo di non restituirla; se hauesse diffamato il prossimo, & hà l'istess'animo di non restituir la fama; se fusse vsuraro, ò concubinario; se non hauesse animo di lasciare l'occasione prossima di tal peccato mortale, douendo separarsi da quella persona, e luogo, doue pecca; ò pure se nella passata confessione gli fu ordinato, che restituisse, ò lasciasse alcun peccato, e l'occasione pericolosa, ò esseguisse alcun voto, e non hauesse fatto quel che gli fu comandato; tutto questo, perche può denotare non esser pentito, nè hauer fermo proposito d'emendarsi, non si deue assoluere così subito, benche dica di voler'esseguire, &c. e lasciare detta occasione, &c. ma prudentemente giudicare se n'è degno, ò nò; di più se quando s'è confessato hà lasciato di dire volontariamente alcun peccato mortale.

Terzo, s'hà fatto l'essame necessaria della coscienza,

e s'hà

e s'hà dolore de' suoi peccati con fermo proposito di nõ peccar più, perche confessarsi senza il detto essame, e preparatione, che bisogna, hà forza lasciar'alcun peccato; e come dicono i Dottori, tanto è confessarsi così negligentemente, quanto lasciare à posta alcun peccato nella confessione; & in questo deue premere grandemente il Confessore, poiche questo negotio frà tutti è il più graue, e di maggior'importanza, che possa essere: & occorrendo alcuni delli detti casi, il Confessore non lasciarà principiare la confessione; ma prima procurarà di leuare ogni impedimento, e fare, che nel penitente vi siano li debiti requisiti, e poi ascoltargli la confessione. In oltre, se sà li due misterij principali della Fede, cioè quelli della Santissima Trinità, e dell'Incarnatione, quali esplicitamente ogni fedele è obligato à credere: & in tal caso, che il penitente non li sapesse, può il Cõfessore dichiararli breuemente, quanto basti, per farli fare alcun'atto di Fede circa di essi, con dargli qualche essempio facile, acciò da quello possa conoscere la distintione reale delle trè Persone Diuine, e l'vnità della Diuina essenza, ch'è in quelle, per la quale è vn solo Iddio, benche sia trino in quanto alle Persone.

Nell'atto della confessione procurarà il Confessore, che il penitente (nel modo che sà) dica li suoi peccati, nè deue inteterromperlo, mentre s'accusa di quelli, ma animarlo à dire; e quando habbia finito, deue pigliare occasione d'interrogarlo sopra quello, che più li parerà opportuno, e necessario, secondo le circostanze del luogo, della persona, e di quello, che la prudenza li dettarà; farà, che dichiari anco il numero de' peccati, e se non se ne ricordasse, gli facci dire secondo che poco più, ò meno giudicarà hauerlo commesso; e se anco di questo non si può ricordare, come se sarebbe à dire vn'inimicitia, ò vn peccato di carne, nel quale fusse andato alla lunga, gli facci dire almeno quanto tempo hà perseue-

